O Sacroſanto, Ecumenico, e Geral Concilio Tridentino, legitimamente congregado, com aſſiſtencia do Eſpirito Santo, preſidindo nelle os meſmos Legados da Sé Apoſtolica; como quer que por arte do demonio ſe eſpalhem por varias partes varios monſtros de erros, acerca do tremendo, e ſantiſſimo Sacramento da Euchariſtia, por cuja cauſa em algumas Provincias parece terem-ſe muitos apartado da fé, e obediencia da Igreja Catholica, julgou, ſe deviaõ expôr neſte o que pertence a Communhaõ debaixo de ambas as eſpecies, e á Cõmunhaõ dos meninos. Pelo que prohibe a todos os Fiéis de Chriſto, que daqui em diante poſſaõ crer, enſinar, ou prégar de outro modo do que neſtes Decretos ſe exprime, e define.

CA-

CAPUT I.

Laicos, & Clericos non conficientes, non adstringi jure Divino ad Communionem sub utraque specie.

ITaque sancta ipsa Synodus, a Spiritu Sancto, qui (1) Spiritus est sapientiæ, & intellectus, Spiritus consilii, & pietatis, edocta, atque ipsius Ecclesiæ (2) judicium, & consuetudinem secuta, declarat, ac docet, nullo Divino præcepto Laicos, & Clericos non conficientes, obligari ad Eucharistiæ Sacramentum sub utraque specie sumendum; neque ullo pacto, salva fide, dubitari posse, quin illis alterius speciei Communio ad salutem sufficiat. Nam, (3) etsi Christus Dominus in ultima cœna venerabile hoc Satramentum in panis, & vini speciebus instituit, & Apostolis tradidit; non tamen illa institutio, & traditio eo tendunt, ut omnes Christi fideles statuto Domini ad utramque speciem accipien-

(1) *Isaiæ* 11: 2. Praxis Ecclesiæ. Eusebius l. 6. Hist. c. 44. occasione Serapionis. S. Cypr. tract. *de Lapsis* in comm. infantium. S. August. epist. 98. alias 23.

In publica communione liberum erat olim alterutram sumere. S. Leo Serm. 4. de Quadrag. Lex Gelas. apud Grat. p. 1918. Ex ritu Missæ præsanctifi-

CAPITULO I.

Os Leigos, e Clerigos, que naõ celebraõ, naõ eſtaõ obrigados por direito Divino a commungar debaixo de ambas as eſpecies.

POr tanto o meſmo ſanto Concilio inſtruído pelo Eſpirito Santo (que he (1) Eſpirito de ſabedoria, e entendimento, Eſpirito de conſelho, e piedade), e ſeguindo o juizo, (2) e coſtume da meſma Igreja, declara, e enſina: que os Leigos, e Clerigos, que naõ celebraõ, por nenhum preceito Divino eſtaõ obrigados a receber o Sacramento da Euchariſtia debaixo de ambas as eſpecies; e que, ſalva a Fé, de nenhum modo ſe póde duvidar, que a Communhaõ debaixo de huma das eſpecies lhes baſta para a ſalvaçaõ. Porque ainda que Chriſto Senhor noſſo na (3) ultima Cea inſtituio eſte Sacramento nas eſpecies de paõ, e vinho, e o deo aos Apoſtolos: com tudo, aquella inſtituiçaõ, e entrega naõ foi com o intento, de que todos os Fiéis de Chriſto por preceito do Senhor ficaſſem obrigados a receber ambas as eſpecies.

Nem

---

ctificatorum apud Græcos. Ex Miſſa abſtemiorum apud S. Hieron. epiſt. 22. ad Euſtochium:

(2) *Infra* Can. 2. Concil. Conſtant. Seſſ. 13. Baſilienſe Seſſ. 30. (3) *Matth.* 26: 26. *Marc.* 14: 22. *Luc.* 22: 19. I. *Ad Corinth.* 11: 24. 25.

piendam adſtrigantur. Sed neque ex ſermone illo apud Joannem ſexto, recte colligitur, utrinsque ſpeciei communionem a Domino præceptam eſſe, uteumque juxta varias ſanctorum Patrum, & Doctorum interpretationes intelligatur. Namque qui dixit: (1) *Niſi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis; dixit quoque:* (2) *Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum. Et qui dixit:* (3) *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam; dixit etiam:* (4) *Panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Is denique, qui dixit:* (5) *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo; dixit nihilominus:* (6) *Qui manducat hunc panem, vivet in æternum.*

CAPUT II.

Eccleſiæ poteſtas circa diſpenſationem Sacramenti Euchariſtiæ.

Præterea declarat, hanc poteſtatem perpetuo in Eccleſia fuiſſe, ut in Sacramentorum diſpenſatione, ſalva illorum ſubſtantia, (7) *ea ſtatueret, vel mutaret, quæ ſuſcipientium*

(1) *Joan.* 6: 54. (2) *Joan.* ibid. 52: 57. 59. (3) Ibidem. (4) Ibidem. (5) Ibidem. (6) Ibidem. (7) A Chriſto inſtituta. S. Leo Serm. *de Aſcenſione Domini*

Nem taõ pouco daquelle Sermaõ, que ſe acha no Cap. 6. de S. Joaõ, ſe colhe fora mandada pelo Senhor a Communhaõ de huma, e outra eſpecie; de qualquer modo que elle ſe entenda, conforme as varias interpretações dos Padres, e Doutores. Pois quem diſſe: (1) Se naõ comerdes a Carne do Filho do homem, e beberdes o ſeu Sangue, naõ tereis vida em vós; diſſe tambem: (2) Se alguem comer deſte paõ, viverá eternamente. E quem diſſe: (3) O que come a minha Carne, e bebe o meu Sangue, tem a vida eterna; diſſe tambem: O (4) paõ, que eu darei, he a minha Carne, pela vida do mundo. Finalmente (5) quem diſſe: O que come a minha Carne, e bebe o meu Sangue, fica em mim, e eu nelle; diſſe tambem: (6) Quem come eſte paõ, vive eternamente.

CAPITULO II.

Qual ſeja o poder da Igreja ácerca de diſpenſar eſte Sacramento.

DEclara mais: houvera ſempre na Igreja eſte poder na diſpenſaçaõ dos Sacramentos; (7) de determinar, e mudar, ſalva a ſua ſubſtancia, o que julgar que convém á uti-

---

mini S. Ambr. lib. 4. *de Sacram.* c. 4. S. Aug. l. 3. *de Doctrina Chriſtiana.* c. 9. Epiſc. 54. alias 118. Ad. Januar. tom. 2. p. 124.

eutium utilitati, seu ipsorum Sacramentorum veneratioui, pro rerum, temporum, & locorum varietate, magis expedire judicaret. Id autem Apostolus non obscure visus est innuisse, cum ait: (1) *Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores Mysteriorum Dei. Atque ipsum quidem hac potestate usum esse satis constat, cum in multis aliis, tum in hoc ipso Sacramento, cum, ordinatis nonnullis circa ejus usum:* (2) *Cætera, inquit, cum venero, disponam. Quare agnoscens Sancta Mater Ecclesia hanc suam in administratione Sacramentorum auctoritatem, licet ab initio Christianæ Religionis non infrequens utriusque speciei usus fuisset, tamen progressu temporis, latissime jam mutata illa consuetudine, gravibus, & justis causis adductis, hanc consuetudinem sub altera specie communicandi* (3) *approbavit, & pro lege habendam decrevit, quam reprobare, aut sine ipsius Ecclesiæ auctoritate pro libito mutare non licet.*

CA-

(1) I. *Ad Corinth.* 4. II. *Ad Corinth.* 6: 1. (2) I. *Ad Corinth.* 11: 34. (3) Concil. Constant. Sess. 13. Basileense. Sess. 30.

utilidade dos que os recebem, e veneraçaõ dos mesmos Sacramentos, conforme a variedade dos tempos, e lugares. O mesmo parece ter insinuado o Apostolo, quando disse: Assim nos (1) repute o homem por Ministros de Christo, e dispenseiros dos Mandamentos de Deos. E bastantemente consta, que elle mesmo usára deste poder, assim em outras muitas cousas, como neste mesmo Sacramento, quando ordenadas algumas cousas ácerca do seu uso, (2) diz: O mais disporei quando vier. Por cuja causa, conhecendo a Santa Madre Igreja a sua authoridade na administraçaõ dos Sacramentos, posto que no principio da Religiaõ Christã naõ fosse pouco frequente o uso de ambas as especies, com tudo correndo o tempo, e tendo-se mudado muito aquelle costume; movida de graves, e justas causas, approvou este costume de commungar debaixo de alguma (3) das especies, e decretou se tivesse por lei; a qual naõ he licito reprovar, nem mudar sem authoridade da mesma Igreja.

CA-

CAPUT III.

Totum, & integrum Christum, ac verum Sacramentum sub qualibet specie sumi.

INsuper declarat, quamvis Redemptor noster, ut antea dictum est, (1) *in suprema illa Cœna hoc Sacramentum in duabus speciebus instituerit, & Apostolis tradiderit, tamen fatendum esse, etiam sub altera tantum specie totum,* (2) *atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi; ac propterea, quod ad fructum attinet, nulla gratia necessaria ad salutem eos defraudari, qui unam speciem solam accipiunt.*

CAPUT IV.

Parvulos non obligari ad Communionem sacramentalem.

DEnique eadem sancta Synodus docet, (3) *parvulos usu rationis carentes nulla* (4) *obligari necessitate ad sacramentalem Euchari-*

---

(1) *Matth.* 26: 26. *Marc.* 14: 22. I. *Ad Corinth.* 11. 24: 25. *Supra* cap. 1. (2) C. *Qui manducat.* C. *Invitat.* C. *Singuli de Consecr.* Dist. 2. *Supra* Sess. 13. cap. 3. Can. 3. *de Sacram. Euchar.* (3) *Infra* Can. 4. (4) *Rom.* 8. 1. *Galat.* 3: 27. *Marc.* 16: 16. S. Aug. lib.

CAPITULO III.

Chriſto todo, e inteiro, e verdadeiro Sacramento ſe recebe debaixo de qualquer das eſpecies.

DEclara mais: que poſto que noſſo Redemptor, como fica dito, na (1) ultima Cea inſtituio eſte Sacramento, e o deo aos Apoſtolos nas duas eſpecies, com tudo devemos confeſſar, que debaixo de huma ſó ſe recebe Chriſto (2) todo, e inteiro, e verdadeiro Sacramento. E que por iſſo, pelo que pertence ao fructo, de nenhuma graça neceſſaria para a ſalvaçaõ ſaõ defraudados, os que recebem huma ſó eſpecie.

CAPITULO IV.

Os meninos naõ eſtaõ obrigados á Communhaõ ſacramental.

FInalmente o meſmo ſanto Concilio enſina: que os (3) meninos, que carecem de uſo de razaõ, por (4) nenhuma neceſſidade eſtaõ obrigados á Cõmunhaõ Sacramental da

lib. 10. *de Peccatorum meritis & remiſſ.* c. 19. n. 25. non ſemel affirmat infantes, qui poſt ſuſceptum Baptiſmum migrant ex hac vita, ſalutem æternam conſequi.

charistiæ Communionem. Siquidem per (1) *Baptismi lavacrum regenerati, & Christo incorporati, adeptam jam filiorum Dei gratiam in illa ætate amittere non possunt. Neque ideo tamen damnanda est antiquitas, si eum morem in quibusdam locis aliquando servavit. Ut enim sanctissimi illi Patres sui facti probabilem causam pro illius temporis ratione habuerunt; ita certe eos nulla salutis necessitate id fecisse, sine controversia credendum est.*

De Communione sub utraque specie, & parvulorum.

CANON I.

Si quis dixerit, (2) *ex Dei præcepto, vel necessitate salutis, omnes, & singulos Christi fideles utramque speciem sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti sumere debere; anathema sit.*

CANON II.

Si quis dixerit, sanctam Ecclesiam (3) *Catholicam non justis causis, & rationibus adductam fuisse, ut laicos, atque etiam Clericos non conficientes, sub panis tantummodo specie communicaret, aut in eo errasse; anathema sit.*

CA-

---

(1) *Tit.* 3. (2) *Supra*, cap. 1. Concil. Const. Sess. 13. (3) *Supra*, cap. 1. Concil. Constant. ibid.

Euchariſtia. Por quanto eſtando regenerados, e incorporados em Chriſto pelo lavatorio (1) do Baptiſmo, naõ podem naquella idade perder a graça de filhos de Deos, que adquiriraõ. Mas nem por iſſo ſe deve condemnar a antiguidade, por ter algum dia obſervado eſte coſtume, em alguns lugares. Sem controverſia ſe deve crer, que aſſim como aquelles Padres ſantiſſimos tiveraõ cauſa racionavel de obrar aſſim, conforme a condiçaõ daquelle tempo; aſſim tambem certamente o naõ fizeraõ, por entenderem ſer neceſſario para a ſalvaçaõ.

Da Communhaõ debaixo de ambas as eſpecies: e da Communhaõ dos meninos.

CANON I.

SE alguem diſſer, (2) que todos, e cada hum dos Fiéis de Chriſto, por preceito de Deos, e neceſſidade de ſalvaçaõ, devem receber ambas as eſpecies do SS. Sacramento da Euchariſtia: ſeja excommungado.

CANON II.

Se alguem diſſer, que a ſanta Igreja (3) Catholica, ſem ter juſtas cauſas, e razões, ſe reſolvêra a conceder a Communhaõ aos Leigos, e aos Clerigos, que naõ celebraõ debaixo da eſpecie de paõ ſómente, ou que niſto errára: ſeja excommungado.

CANON III.

Si quis negaverit, totum, (1) & integrum Christum omnium gratiarum fontem, & auctorem, sub una panis specie sumi; quia, ut quidam falso asserunt, non secundum ipsius Christi institutionem sub utraque specie sumatur; anathema sit.

CANON IV.

Si quis dixerit, (2) parvulis, antequam ad annos discretionis pervenerint, necessariam esse Eucharistiæ Communionem; anathema sit.

Duos vero articulos, (3) alias propositos, nondum tamen excussos, videlicet: An rationes, quibus sancta Catholica Ecclesia adducta fuit, ut communicaret laicos, atque etiam non celebrantes Sacerdotes sub una tantum panis specie, ita sint retinendæ, ut nulla ratione Calicis usus cuiquam sit permittendus: &: An, si honestis, & Christianæ charitati consentaneis rationibus concedendus alicui vel nationi, vel Regno Calicis usus videatur, sub aliquibus conditionibus concedendus sit, & quænam sint illæ; eadem sancta Synodus (4) in aliud tempus, oblata sibi quam primum occasione, examinandos, atque definiendos reservat.

DE-

(1) Supra, c. 3. & Sess. 13. c. 3. & Can. 3. Concil. Constant. ibidem. (2) Supra, in princip. & cap. 4. (3) Supra, Sess. 13. in fine. Vide etiam infra

CANON III.

Se alguem negar, que (1) Chriſto todo, e inteiro, fonte, e author de todas as graças, ſe recebe debaixo da eſpecie ſó de paõ; porque, como muitos affirmaõ com falſidade, ſe naõ recebe conforme a inſtituiçaõ de Chriſto, debaixo de ambas as eſpecies: ſeja excommungado.

CANON IV.

Se alguem diſſer, que a Communhaõ da Euchariſtia he neceſſaria (2) aos meninos, antes de chegarem aos annos de diſcriçaõ: ſeja excommungado.

Quanto aos outros (3) dous artigos propoſtos em outra parte, e ainda naõ diſcutidos: a ſaber, ſe as razões, que moveraõ a ſanta Igreja a conceder a Communhaõ aos Leigos, e aos Sacerdotes que naõ celebraõ, debaixo da eſpecie de paõ ſómente, ſe devem manter de ſorte, que o uſo do Caliz de nenhum modo ſe permitta a peſſoa alguma; ou ſe por ventura por algumas razões conducentes, e conformes á caridade Chriſtã ſe ha de conceder o uſo do Caliz a alguma Naçaõ, ou Reino, debaixo de algumas condições, e quaes ſejaõ eſtas, reſerva o meſmo ſanto Concilio para examinar, e definir (4) n'outro tempo, na primeira occaſiaõ que ſe lhe offerecer.

DE-

---

infra Seſſ. 22. in Decreto finali. (4). Infra, Seſſ. 22. ibid.

DECRETUM DE REFORMATIONE.

EAdem *Sacrosancta, Œcumenica, & Generalis Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, ad Dei Omnipotentis laudem, & sanctæ Ecclesiæ ornamentum, ea, quæ sequuntur, de reformationis negotio in præsenti statuenda esse censuit.* (1)

CAPUT I. (2)

Episcopi gratis, cum Ordines conferant, tum dimissorias, & testimoniales dent, pro quibus eorum Ministri nihil prorsus: Notarii, quod in Decreto præfinitum est, accipiant.

QUoniam (3) *ab Ecclesiastico Ordine omnis avaritiæ suspicio abesse debet; nihil pro collatione quorumcumque Ordinum, etiam Clericalis Tonsuræ,* (4) *nec pro Litteris dimissoriis, aut testimonialibus, nec pro*

(1) Vide quæ circa Simoniacos statuit Pius V. in Constit. *Cum primum*, 1566. (2) Hoc caput accurate in singulis punctis confirmatur ab Henrico III. mens. Maio 1579. in Edict. Blesi. (3) Concil. Later. II.

DECRETO DA REFORMA.

O Meſmo Sacroſanto, Ecumenico, e Geral Concilio Tridentino legitimamente congregado, com aſſiſtencia do Eſpirito Santo, preſidindo nelle os meſmos Legados da Sé Apoſtolica, para louvor de Deos Omnipotente, e adorno da Igreja Santa, julgou (1) ſe devia eſtabelecer o ſeguinte, no preſente negocio da Reforma.

CAPITULO I. (2)

Os Biſpos dem Ordens de graça, e o meſmo pratiquem, quando derem Dimiſſorias, pelas quaes os ſeus Miniſtros, e Notarios nada levaráõ.

POr quanto toda a ſuſpeita de avareza deve eſtar longe do (3) Eſtado Eccleſiaſtico, nem os Biſpos, nem os mais que daõ Ordens, ou ſeus Miniſtros, com pretexto algum recebaõ couſa alguma pela collaçaõ de quaesquer Ordens, ainda da Tonſura Clerical, nem pelas Letras (4) Dimiſſorias, ou Atteſ-

---

II. c. 1. Lateranenſe IV. c. 63. Chalcedon. cap. 2. Braccar. II. cap. 3. Aurelian. II. c. 3. Toleт. VIII. Can. 3. C. *Sicut Epiſcopum.* 1. q. 2. & Cap. *de Simon.*

(4) De quib. Conc. Milev. c. 14.

pro ſigillo, nec alia quacumque de cauſa, etiam ſponte oblatum, Epiſcopi, & alii Ordinum collatores, aut eorum Miniſtri quovis prætextu accipiant. (1) *Notarii vero in iis tantum locis, in quibus non viget laudabilis conſuetudo nihil accipiendi, pro ſingulis Litteris dimiſſoriis, aut teſtimonialibus, decimam tantum unius aurei partem accipere poſſint, dummodo eis nullum ſalarium ſit conſtitutum pro officio exercendo; nec Epiſcopo ex Notarii commodis aliquod emolumentum ex eiſdem Ordinum collationibus directe, vel indirecte provenire poſſit. Tunc enim gratis operam ſuam eos præſtare omnino teneri decernit: contrarias taxas, ac ſtatuta, & conſuetudines etiam immemorabiles quorumcumque locorum, quæ potius abuſus, & corruptelæ ſimoniacæ pravitati faventes nuncupari poſſunt, penitus caſſando, & interdicendo; & qui ſecus fecerint, tam dantes, quam accipientes, ultra divinam ultionem, pœnas* (2) *a jure inflictas ipſo facto incurrant.*

CA-

(1) Mediolanenſe. I. Burdigal. I. Toloſanum. Sanctione Bleſen. an. 1579. præcipitur ut Officiarii Epiſcoporum, qui nullam ab iis mercedem percipiunt, nihil prorſus ultra quàm decimam nummi partem exigant, pœnis adverſus Simoniacos conſtitutis alioquin plectendi. (2) Locis ſupra citatis.

Atteſtações, nem pelo Sello, nem por outra qualquer cauſa, ainda que ſeja eſpontaneamente offerecido. Os (1) Notarios porém, ſómente naquelles lugares, onde naõ eſtá em ſer eſte louvavel coſtume de naõ receber nada, por cada huma das Cartas dimiſſorias, ou Atteſtações poderáõ receber ſómente hum toſtaõ, com tanto que naõ tenhaõ ſalario taxado, por exercer o ſeu officio. Neſte caſo determina, que façaõ a ſua obrigaçaõ de graça; annullando, e prohibindo as taxas, e eſtatutos contrarios, e coſtumes, ainda immemoriaes, de quaesquer lugares (que antes ſe pódem chamar abuſos, e corruptelas ſimoniacas patrocinadoras da iniquidade); e os que obrarem o contrario, tanto os que derem, como os que receberem, além do caſtigo Divino *ipſo facto* incorraõ nas penas (2) poſtas por Direito.

CA-.

CAPUT II.

Arcentur a ſacris Ordinibus, qui non habent unde vivere poſſint.

CUm non deceat eos, qui divino miniſterio adſcripti ſunt, cum Ordinis (1) *dedecore mendicare, aut ſordidum aliquem quæſtum exercere; compertumque ſit, complures plerisque locis ad ſacros Ordines nullo fere delectu admitti, qui variis artibus, ac fallaciis confingunt, ſe Beneficium Eccleſiaſticum, aut etiam idoneas facultates obtinere; ſtatuit ſancta Synodus, ne quis deinceps Clericus* (2) *Sæcularis, quamvis alias ſit idoneus moribus, ſcientia, & ætate, ad ſacros Ordines promoveatur, niſi prius legitime conſtet, eum Beneficium Eccleſiaſticum, quod ſibi ad victum honeſte ſufficiat, pacifice poſſidere. Id vero Beneficium reſignare non poſſit, niſi facta mentione, quod ad illius Beneficii titulum ſit promotus; neque ea* (3) *reſignatio admittatur, niſi conſtituto, quod aliunde*

---

(1) C. *Diaconi ſunt.* §. *Nunc autem.* Diſt. 93. (2) Bulla Pii V. 1568. quæ incipit: *Romanus*, extendit ad Cler. Regul. non profeſſos, quæ tamen non ligat Religioſos Societ. Jeſu, licet vota tantum ſimplicia emiſerint, qui vere nihilominus ſunt Religioſi

CAPITULO II.

Naõ se admittaõ ás Ordens Sagradas aquelles, que naõ tem de que possaõ viver.

NAõ sendo decente, que aquelles que estaõ addictos ao Ministerio Divino, mendiguem contra o decóro (1) da Ordem, ou exercitem algum negocio indecente, e seja notorio, que muitos nos mais dos lugares sem escolha saõ admittidos ás Ordens Sagradas, os quaes com varias artes, e enganos fingem possuir Beneficio Ecclesiastico, ou posses sufficientes: determina o santo Concilio; que daqui em diante (2) nenhum Clerigo Secular (ainda que seja idoneo quanto aos costumes, sciencia, e idade) seja promovido ás Sagradas Ordens, sem primeiro constar legitimamente, que possue pacificamente Beneficio Ecclesiastico, sufficiente para viver com decencia. E naõ poderá resignar o tal Beneficio, senaõ fazendo mençaõ, de que está promovido ao titulo desse Beneficio: nem se admitta tal resignaçaõ, (3) senaõ assentando-se em que naõ tem de outra parte com

---

gioſi profeſſi, uti declararunt Gregor. XIII. Bulla *Aſcendente*. 1584. Greg. XIV. Bulla *Eccleſiæ*. 1591. Tacite confirmat Edictum Aurel. art. 12. (3) Utinam obſervarentur apud nos verba delineata.

de vivere commode possit: & aliter facta resignatio nulla sit. Patrimonium vero, vel pensionem obtinentes ordinari posthac non possint, nisi illi, quos Episcopus judicaverit assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum; eo quoque prius perspecto, Patrimonium (1) *illud, vel pensionem vere ab eis obtineri, taliaque esse, quæ eis ad vitam sustentandam satis sint: atque illa deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut extingui, aut remitti nullatenus possint, donec Beneficium Ecclesiasticum sufficiens sint adepti, vel aliunde habeant,* (2) *unde vivere possint, antiquorum Canonum pœnas super his innovando.*

CA-

---

(1) Concil. Lat. III. Alex. III. Concil. Colon. p. 1. cap. 30. ipso jure ab Ordinum executione suspensum declarant ficto tit. ordinatum. Concil. Trid. post illud Urban. VIII. an. 1624. Can. *Neminem, Sanctorum.* Syn. 5. Mediolan. sub S. Carolo.

(2)

com que commodamente poſſa viver ; e a reſignaçaõ feita de outro modo ſeja nulla. E os que poſſuem Patrimonio , ou penſaõ , ſe naõ poderáõ ordenar daqui em diante , ſenaõ aquelles , que o Biſpo julgar ſe devem aſſumir conforme a neceſſidade , ou commodidade das ſuas Igrejas , examinando primeiramente , ſe verdadeiramente poſſuem o dito (1) Patrimonio , ou penſaõ , e ſe ſaõ taes , que lhes baſtem para ſuſtentar a vida ; e depois ſem licença do Biſpo o naõ poderáõ de nenhum modo alienar , ou extinguir , ou dimittir ; até que alcancem Beneficio Eccleſiaſtico ſufficiente , ou de outra parte tenhaõ donde (2) poſſaõ viver ; innovando neſta materia as penas dos antigos Canones.

CA-

(2) C. *Non liceat.* C. *Epiſcopus.* C. *Cum ſecundum.* C. *Tuis , de Præb.* C. *Si Epiſc.* eod. in 6. Conc. Lateran. ſub Alex. III. part. 1. c. 9.

CAPUT III.

Ratio augendi distributiones quotidianas præscribitur. Consuetudo, qua non residentes nihil, vel minus tertia parte fructuum percipiunt, laudatur. Absentium contumacia punitur.

CUm (1) *Beneficia ad divinum cultum, atque Ecclesiastica munia obeunda sint constituta, ne qua in parte minuatur divinus cultus, sed ei debitum omnibus in rebus obsequium præstetur, statuit sancta Synodus in Ecclesiis tam Cathedralibus, (2) quam Collegiatis, in quibus nullæ sunt distributiones quotidianæ, vel ita tenues, ut verisimiliter negligantur; tertiam partem fructuum, & quorumcumque proventuum, & obventionum, tam Dignitatum, quam Canonicatuum, personatuum, portionum, & officiorum, separari debere, & in distributiones quotidianas converti, quæ inter Dignitates obtinentes, & cæteros divinis interessentes, proportionabiliter juxta divisionem ab Episcopo, etiam tanquam Apostolicæ Sedis delegato, in ipsa prima fructuum deductione faciendam dividantur:*

(1) C. fin. *de Refer.* in 6. (2) Infra Sess. 22. *de Reformat.* cap. 3. Bonifac. VII. cap. *Conjectudinem.*

CAPITULO III.

Preſcreve-ſe o modo de augmentar as diſtribuições quotidianas. Louva-ſe o coſtume, de que aquelles que naõ reſidem, ou nada recebaõ, ou recebaõ menos da terceira parte dos fructos. Caſtiga-ſe a contumacia dos auſentes.

ESTando os (1) Beneficios fundados para ſe exercer o Culto Divino, e as obrigações Eccleſiaſticas; para que eſte Culto naõ padeça diminuiçaõ em parte alguma, e em tudo ſe lhe dê a ſatisfaçaõ devida, determina o ſanto Concilio, que nas Igrejas tanto Cathedraes, como Collegiadas, em que (2) naõ ha diſtribuições quotidianas, ou ſaõ taõ tenues, que ſe deſprezaõ, ſe deve ſeparar a terceira parte dos fructos, e de quaesquer proveitos, e rendas, tanto das Dignidades, como das Coneſias, Perſonatos, Porções, e Officios, e converter-ſe em diſtribuições quotidianas: as quaes, na meſma primeira deducçaõ dos fructos ſe dividaõ proporcionalmente entre os que obtem Dignidades, e os mais que aſſiſtem aos Divinos Officios, conforme a diviſaõ, que o Biſpo ha de fazer, como Delegado da Sé Apoſtolica: ſalvos com

tu-

tur: salvis tamen consuetudinibus earum Ecclesiarum, in quibus non residentes, seu non servientes, nihil, vel minus tertia parte percipiunt: non obstantibus exemptionibus, ac aliis consuetudinibus etiam immemorabilibus, & Appellationibus quibuscumque; crescenteque non servientium contumacia, liceat contra eos procedere juxta juris, (1) ac sacrorum Canonum dispositionem.

CAPUT IV.

Sacramenta per convenientem Sacerdotum numerum exhibeantur. Ratio novas Parochias erigendi traditur.

EPiscopi, etiam (2) tanquam Apostolicæ Sedis Delegati, in omnibus Ecclesiis Parochialibus, vel Baptismalibus, in quibus populus ita numerosus sit, ut unus Rector non possit sufficere Ecclesiasticis Sacramentis ministrandis, & Cultu Divino peragendo, (3) cogant Rectores, vel alios, ad quos pertinet, sibi tot Sacerdotes ad hoc munus adjungere, quot sufficiant ad Sacramenta exhibenda, & Cultum Divinum celebrandum. In iis vero, in quibus ob locorum distantiam, sive difficultatem, Parochiani sine magno incommodo ad per-

(1) Infra Sess. 23. *de Reformat.* cap. 1. C. *Cum adhoc*, & seq. *de Cler. non resid.* (2) Hæc clausula non

tudo os costumes daquellas Igrejas, onde os que naõ residem, ou naõ servem, nada percebem, ou menos que a terça parte. Naõ obstantes exempções, e outros costumes ainda immemoriaes, e quaesquer Appellações; e crescendo a contumacia dos que naõ servem, seja licito proceder contra elles, conforme a disposiçaõ do Direito, (1) e sagrados Canones.

CAPITULO IV.

Os Sacramentos sejaõ administrados por numero de Sacerdotes conveniente. Prescreve-se o modo de erigir novas Parochias.

OS Bispos, (2) como Delegados da Sé Apostolica, obriguem tambem (3) os Reitores, ou outros a quem pertence, a que aggreguem a si tantos Sacerdotes, quantos bastem para o emprego de administrar os Sacramentos, e celebrar o Culto Divino, em todas as Igrejas Parochiaes, ou Baptismaes, em que o Povo he taõ numeroso, que hum Reitor naõ póde bastar para administrar os Sacramentos Ecclesiasticos, e celebrar o Culto Divino Naquellas Igrejas porém, em que pela distancia dos lugares, ou difficuldade, naõ podem os Parochianos vir receber os Sacra-

non recipitur in Gallia. Tom. 2. Memor. Cler. p. 297. 298. (3) C. fin. *de Eccles. ædif.*

percipienda Sacramenta, & divina Officia audienda accedere non possunt, novas Parochias, etiam invitis Rectoribus, juxta formam Constitutionis Alexandri III. quæ incipit: (1) *Ad audientiam, constituere possint. Illis autem Sacerdotibus, qui de novo erunt Ecclesiis noviter erectis præficiendi, competens assignetur portio, arbitrio Episcopi, ex fructibus ad Ecclesiam matricem quomodocumque pertinentibus; &, si necesse fuerit,* (2) *compellere possit populum ea subministrare, quæ sufficiant ad vitam dictorum Sacerdotum sustentandam; quacumque reservatione generali, vel speciali, vel affectione, super dictis Ecclesiis non obstantibus. Neque hujusmodi Ordinationes, & Erectiones possint tolli, nec impediri ex quibuscumque Provisionibus, etiam vigore resignationis, aut quibusvis aliis derogationibus, vel suspensionibus.*

CA-

(1) Vide infr. XXII. Arrest. Parlamenti 21. Maii. 1632. 1667. Parlam. Burdigal. 23. Maii 1669. Vid. *Mem. Cleri.* tom. 2. p. 319. Edit. 1695. art. 21.22.

(2)

cramentos; nem assistir aos Officios Divinos sem grande incómmodo, ainda contra vontade dos Reitores, poderáõ constituir novas Parochias, conforme a Constituiçaõ de Alexandre III, que começa: (1) *Ad audientiam.* E aos Sacerdotes, a quem se entregar o governo das Paroquias erigidas de novo, se lhes assignará porçaõ competente, a arbitrio do Bispo, dos fructos, que de qualquer modo pertencerem á Igreja Matriz; e se for necessario, poderá (2) obrigar o Povo a submministrar o que baste, para sustentar a vida dos ditos Sacerdotes; naõ obstando reservaçaõ alguma geral, ou especial affectaçaõ para com as ditas Igrejas. Nem semelhantes Ordenações, e Erecções se poderáõ tirar, ou impedir com Provisões algumas, ainda com vigor de resignaçaõ, nem com quaesquer outras derogações, ou suspensões.

(2) Non recipitur in Gallia. tom. 2. *Mem. Cleri.* pag. 320. Hist. Eccles. tom. 32. pag. 314. tom. 36. pag. 478.

CAPUT V.

Possint Episcopi facere uniones perpetuas in casibus a jure permissis.

UT etiam Ecclesiarum status, (1) ubi sacra Deo officia ministrantur, ex dignitate conservetur, possint Episcopi, etiam (2) tanquam Apostolicæ Sedis Delegati, juxta formam juris, sine tamen præjudicio obtinentium, facere (3) uniones perpetuas quarumcumque Ecclesiarum Parochialium, & Baptismalium, & aliorum Beneficiorum curatorum, vel non curatorum, cum curatis, propter earum paupertatem, & in cæteris casibus a jure permissis, etiamsi dictæ Ecclesiæ, vel Beneficia essent generaliter, vel specialiter reservata, aut qualitercumque affecta. (4) Quæ uniones etiam non possint revocari, nec quoquo modo infringi vigore cujuscumque provisionis, etiam ex causa resignationis, aut derogationis, aut suspensionis.

CA-

(1) Leges Ecclesiast. (Gallic.) tom. 1. pag. 409. Sum. 23. (2) Hæc clausula non recipitur in Gallia. *Memor. Cler.* (Gallic.) tom. 2. pag. 298. (3) C. *Sicut unire, de excess. Prælat.* Concil. Lateran. sub Leone X. Sess. 9. *de Reform. Curiæ*, & infr. Sess. 24.

CAPITULO V.

Os Biſpos poſſaõ fazer uniões perpetuas, nos caſos permittidos pelo Direito.

TAmbem para que ſe conſerve com decóro o eſtado das Igrejas, em que ſe (1) fazem os Officios Divinos, poſſaõ os Biſpos, como (2) Delegados da Sé Apoſtolica, na fórma do Direito (ſem prejuizo porém dos poſſuidores) fazer (3) uniões perpétuas de quaesquer Igrejas Parochiaes, e Baptiſmaes; e de outros Beneficios Curados, ou naõ Curados, com os Curados, por cauſa da ſua pobreza, e nos caſos permittidos por Direito: ainda que as ditas Igrejas, ou Beneficios ſejaõ eſpecial, ou geralmente reſervados, ou de qualquer modo affectos. (4) Cujas uniões tambem ſe naõ poſſaõ revogar, nem de nenhum modo infringir, por vigor de alguma Proviſaõ; ainda por cauſa de reſignaçaõ, ou derogaçaõ, ou ſuſpenſaõ.

CA-

---

24. *de Reform.* c. 13. Supra Seſſ. 14. cap. 9. *de Reformat.* (4) C. *Unio*, in fin. 10. q. 3. C. *Et temperis*, cum ſeq. 16. q. 1.

CAPUT VI.

Imperitis Rectoribus Vicarii cum parte fructuum pro tempore deputentur: in scandalo perseverantes privari Beneficiis possint.

QUia (1) *illiterati, & imperiti Parochialium Ecclesiarum Rectores sacris minus apti sunt officiis, & alii propter eorum vitæ turpitudinem potius destruunt, quam ædificant; Episcopi etiam* (2) *tanquam Apostolicæ Sedis Delegati, eisdem illiteratis, & imperitis, si alias honestæ vitæ sint, Coadjutores, aut Vicarios pro tempore deputare, partemque fructuum eisdem pro sufficienti victu assignare, vel aliter providere possint, quacumque appellatione, & exemptione remota.* (3) *Eos vero, qui turpiter, & scandalose vivunt, postquam præmoniti fuerint, coerceant, ac castigent; &, si adhuc incorrigibiles in sua nequitia perseverent, eos Beneficiis, juxta sacrorum* (4) *Canonum Constitutiones, exemptione, & appellatione quacumque remota, privandi facultatem habeant.*

CA-

(1) C. *Illiteratos.* Dist. 36. C. *Nisi cum pridem, de renunt.* c. 1. Dist. 38. C. *Cum ex eo, de elect.* in 6. Concil. Tolet. VIII. Can. 8. (2) Hæc clausula non recipitur in Gallia. Ibid. (3) C. *Quia frater.*

CAPITULO VI.

Aos Reitores ignorantes ſe deputem Vigarios com parte dos fructos, por algum tempo; e os que perſeverarem em ſer eſcandaloſos poſſaõ ſer privados dos Beneficios.

PORque (1) ſendo os Reitores das Igrejas Parochiaes ignorantes, e imperitos, ſaõ pouco aptos para os Officios ſagrados; e outros por cauſa da ſua torpe vida, mais deſtroem do que edificaõ: poſſaõ os Biſpos tambem, como (2) Deputados da Sé Apoſtolica, deputar Coadjutores, ou Vigarios por tempo, aos meſmos ignorantes, e imperitos, ſe aliàs forem de honeſta vida, e conſignar-lhes parte dos fructos para ſeu ſuſtento ſufficiente, ou prover de outro modo, removida qualquer appellaçaõ, ou iſençaõ. E os que viverem (3) torpe, e eſcandaloſamente, depois de admoeſtados, os reprimaõ, e caſtiguem; e ſe perſeverarem incorrigiveis na ſua maldade, tenhaõ faculdade de os privar dos Beneficios, conforme (4) as Conſtituições dos ſagrados Canones, removida qualquer iſençaõ, e appellaçaõ.

CA-

---

7. q. 1. C. *Ut Clericorum.* & ſeq. *de Vit. & honeſt. Clericor.* (4) C. *Felicis, de pœnit.* in 6. Clem. *Multorum. de pœn.*

CAPUT VII.

Epiſcopi transferant una cum oneribus Eccleſias, quæ nequeunt inſtaurari: alias vero reparari procurent.

CUm illud quoque valde curandum ſit, ne ea, quæ ſacris miniſteriis dicata ſunt, temporum injuria obſoleſcant, & ex hominum memoria excidant; Epiſcopi, (1) *etiam tanquam Apoſtolicæ Sedis Delegati, transferre poſſint Beneficia ſimplicia, etiam juris patronatus, ex Eccleſiis, quæ vetuſtate, vel alias collapſæ ſint; & ob earum inopiam nequeant inſtaurari, vocatis iis, quorum intereſt, in Matrices, aut alias Eccleſias locorum eorumdem, ſeu vicinïorum, arbitrio ſuo; atque in eiſdem Eccleſiis erigant Altaria, vel Capellas ſub eiſdem invocationibus, vel in jam erecta Altaria, vel Capellas transferant cum omnibus emolumentis, & oneribus, prioribus Eccleſiis impoſitis.* (2) *Parochiales vero Eccleſias, etiamſi jurispatronatus ſint, ita collapſas refici, & inſtaurari procurent, ex fructibus, & proventibus quibuscumque, ad eaſdem*

---

(1) Hæc clauſula non recipitur in Gallia. Ibid.
(2) C. 1. C. Perv. *de Eccleſ. ædif. vel reparat.* Infra cap. 8. Supra Seſſ. 7. cap. 8. *de Reformat.* Edict. Ble-

CAPITULO VII.

Os Biſpos transfiraõ juntamente com as obrigações as Igrejas, que ſe naõ poderem reſtaurar: aliás as procurem reparar.

DEvendo-ſe cuidar muito, em que as couſas, que eſtaõ dedicadas aos Miniſterios ſagrados, ſe naõ percaõ por injuria dos tempos, e caiam da memoria dos homens; poſſaõ tambem os Biſpos, como Delegados(1) da Sé Apoſtolica, a ſeu arbitrio, transferir os Beneficios ſimples (ainda os de direito de Padroado) das Igrejas cahidas por antiguidade, ou por outra cauſa, e que por cauſa da ſua pobreza ſe naõ podem reſtaurar, para ás Igrejas Matrizes, ou outras do meſmo lugar, ou dos viſinhos: chamados aquelles a quem pertencem. E nas meſmas Igrejas, erijaõ Altares, ou Capellas com as meſmas invocações; ou as transfiraõ para Altares, ou Capellas já eregidas, com todos os emolumentos, e encargos impoſtos ás primeiras Igrejas. Quanto ás Igrejas (2) Parochiaes, que eſtiverem cahidas, ainda que ſejaõ de direito de Padroado, as procurem refazer, e reſtaurar com quaesquer fructos, e rendas, que de qualquer modo pertencerem ás meſmas

(1) Eleſenſ. art. 52. Edict. Melod. art. 3. an. 1580. Declarat. 1661.

dem Ecclesias quomodocumque pertinentibus ; qui si non fuerint sufficientes , omnes Patronos , & alios , qui fructus aliquos ex dictis Ecclesiis provenientes percipiunt , aut , in illorum defectum , Parochianos omnibus remediis opportunis ad prædicta cogant , quacumque appellatione , exemptione , & contradictione remota. (1) *Quod si nimia egestate omnes laborent , ad Matrices , seu viciniores Ecclesias transferantur , cum facultate tam dictas Parochiales , quam alias Ecclesias dirutas in profanos usus , non sordidos , erecta tamen ibi Cruce , convertendi.*

CAPUT VIII.

Monasteria Commendata , in quibus non viget Regularis observantia , & Beneficia quæcumque quotannis ab Ordinario visitentur.

QUæcumque in Diœcesi ad Dei cultum spectant , ab Ordinario diligenter curari , atque iis , ubi oportet , provideri æquum est : Propterea commendata Monasteria , etiam Abbatiæ , Prioratus , & Præposituræ nuncupatæ , in quibus non viget Regularis observantia , necnon Beneficia tam curata , quam non curata , Sæcularia , & Regularia , qualitercumque

(1) Non recipitur in Gallia. *Libertates Eccles. Gall.* pag. 289. *Memor. Cleri. Gall* . tom. 2. p. 319.

mas Igrejas; os quaes se naõ forem sufficientes, obriguem com todos os remedios opportunos ao sobredito todos os Padroeiros, e outros que perceberem os fructos das ditas Igrejas, ou na sua falta os Parochianos; removida qualquer appellaçaõ, exempçaõ, e contradicçaõ. E se todas forem mui (1) pobres, sejaõ transferidas ás Igrejas Matrizes, ou ás mais visinhas; com faculdade de converter tanto as ditas Igrejas Parochiaes, como as outras destruidas em usos profanos, que naõ sejaõ sórdidos, levantando ahi huma Cruz.

CAPITULO VIII.

Os Mosteiros de Commendas, em que se naõ pratica a Regular observancia, e quaesquer Beneficios sejaõ visitados todos os annos pelos Ordinarios.

HE justo, que o Ordinario cuide com diligencia em tudo o que na Diocese ha pertencente ao Culto Divino, e dê a providencia que cada cousa precisar. Por cuja causa os Mosteiros Commendaticios, ainda sendo chamados Abbadias, Priorados, e Preposituras, em que naõ persiste a observancia Regular; e tambem os Beneficios assim Curados, como naõ Curados, Seculares, e Regulares, de qualquer sorte que se-

cumque Commendata, etiam exempta, ab Episcopis, etiam tanquam Apostolicæ Sedis Delegatis, annis singulis (1) visitentur: curentque iidem Episcopi congruentibus remediis, etiam per sequestrationem fructuum, ut quæ renovatione indigent, aut restauratione, reficiantur; (2) & cura animarum, si qua illis, vel eorum annexis immineat, aliaque debita obsequia recte exerceantur, appellationibus quibuscumque, privilegiis, consuetudinibus, etiam immemorabili tempore præscriptis, conservatoriis, judicum deputationibus, & eorum inhibitionibus non obstantibus. Et; (3) si in eis vigeret observantia Regularis, provideant Episcopi paternis admonitionibus, ut eorum Regularium Superiores, juxta eorum Regularia instituta, debitam vivendi rationem observent, & observari faciant, & sibi subditos in officio contineant, ac moderentur. Quod si admoniti intra sex menses eos non visitaverint, vel correxerint, tunc iidem Episcopi, etiam ut Delegati Sedis Apostolicæ, eos visitare possint, & corrigere, prout ipsi Superiores possent, juxta eorum instituta, quibuscumque appellationibus, privilegiis, & exemptionibus penitus remotis, & non obstantibus.

CA-

(1) Supra Sess. 7. *de Reformat.* cap. 8. Infr. Sess. 24. cap. 9. Sess. ult. *de Reg.* c. 26. Concil. Tarrac. I. cap. 7. Concil. Brachar. II. cap. 1. (2) Non recipi-

ſejaõ em Commenda, ainda os iſentos, ſejaõ todos os annos (1) viſitados pelos Biſpos, como Delegados da Sé Apoſtolica. E cuidem os meſmos Biſpos, uſando dos remedios congruentes, ainda do ſequeſtro dos fructos, que aquellas couſas que neceſſitaõ de renovaçaõ, ou reſtauraçaõ, (2) ſe refaçaõ; e que o cuidado das almas, ſe algum lhe eſtiver encarregado, ou aos ſeus annexos, e os mais devidos ſerviços, ſe executem; naõ obſtantes quaesquer appellações, privilegios, coſtumes, ainda preſcriptos por tempo immemorial, conſervatorias, deputações de Juizes, e ſuas inhibições. E ſe nelles eſtiver em ſeu vigor a obſervancia (3) Regular, provejaõ os Biſpos com paternaes admoeſtações, que os Superiores deſſes Regulares, conforme os Eſtatutos das ſuas Regras, obſervem, e façaõ obſervar o devido modo de vida, e contenhaõ, e moderem ſeus ſubditos nas ſuas obrigações. E ſe depois de aviſados, dentro de ſeis mezes os naõ viſitarem, ou corrigirem; neſte caſo os meſmos Biſpos, como Delegados da Sé Apoſtolica, os poſſaõ viſitar, e corrigir, do meſmo modo que poderiaõ os ſeus Superiores conforme os ſeus Eſtatutos; removidas quaesquer appellações, privilegios, e iſenções, que naõ obſtaraõ.

CA-

---

cipitur in Gallia. *Memor. Cler. Gall.* tom. 2. pag. 320. *Hiſtor. Eccleſ.* tom. 36. pag. 477. (3) Infra Seſſ. ult. *d. l.*

CAPUT IX.

Quæstorum eleemosynarum nomen, & usus tollitur. Indulgentias, & spirituales gratias Ordinarii publicent. Duo de Capitulo eleemosynas gratis accipiant.

CUm multa a diversis antea Conciliis, tam (1) *Lateranensi, ac Lugdunensi, quam* (2) *Viennensi, adversus pravos eleemosynarum Quæstorum abusus remedia tunc adhibita, posterioribus temporibus reddita fuerint inutilia; potiusque eorum malitia ita quotidie magno fidelium omnium scandalo, & querela excrescere deprehendatur, ut de eorum emendatione nulla spes amplius relicta videatur: statuit, ut posthac, in quibuscumque Christianæ Religionis locis, eorum nomen, atque usus penitus aboleatur, nec ad officium hujusmodi exercendum ullatenus admittantur, non obstantibus privilegiis, Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus, piis locis, & quibuscumque, cujuscumque gradus, status, & dignitatis personis concessis, aut consuetudinibus, etiam immemorabilibus. Indulgentias vero, aut alias spirituales gratias, quibus non ideo Christi fideles decet privari, deinceps per Ordinarios loco-*

(1) Concil. Lateran. cap. 62. sub Innoc. III. C. *Cum ex eo, de pœnit. & remiss.* (2) Clement. Abu-

sionis-

CAPITULO IX.

Extingue-se o nome, e uso dos Questores das esmolas. Os Ordinarios publiquem Indulgencias, e graças espirituaes. Dous do Cabido receberáõ as esmolas de graça.

TEndo muitos, e diversos Concilios, como (1) o Lateranense, Lugdunense, e (2) Vienense, applicado nos tempos passados muitos remedios, contra os máos abusos dos Questores das esmolas; e vendo-se por experiencia, que a malicia delles cresce cada dia, com grande escandalo, e queixa de todos os Fiéis, em fórma, que parece naõ darem esperança alguma de emenda: determina, que daqui em diante se extinga totalmente o seu nome, e exercicio em todos os lugares da Religiaõ Christã, nem de algum modo sejaõ admittidos a exercitar semelhante officio; naõ obstantes os privilegios concedidos ás Igrejas, Mosteiros, Hospitaes, Lugares pios, e quaesquer outras pessoas, de qualquer gráo, estado, e dignidade, ou costumes ainda immemoriaes. Quanto ás Indulgencias, e outras graças espirituaes, de que naõ convém sejaõ privados os Fiéis de Christo, determina se publiquem ao povo nos tempos

fionibus. eod. tit. & infr. Sess. ult. in Decret. *de Indulg.* Supra Sess. 5. c. 2. *de Reformat.*

locorum, (1) *adhibitis duobus de Capitulo, debitis temporibus populo publicandas esse decernit. Quibus etiam eleemosynas, atque oblata sibi charitatis subsidia, nulla prorsus mercede accepta, fideliter colligendi facultas datur, ut tandem cœlestes hos Ecclesiæ thesauros* (2) *non ad quæstum, sed ad pietatem exerceri, omnes vere intelligant.*

Indictio futuræ Sessionis.

Sacrosancta, Œcumenica, & Generalis Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, statuit, & decrevit, proximam futuram Sessionem habendam, & celebrandam esse feria quinta post octavam festi Nativitatis B. M. Virginis, quæ erit 17 mensis Septembris proxime futuri: (3) *hoc tamen adjecto, quod dictum terminum, ac uniuique Sessioni in posterum præfigendum, ipsa S. Synodus pro ejus arbitrio, & voluntate, sicut rebus Concilii putaverit expedire, etiam in generali Congregatione restringere, & prorogare libere possit, & valeat.*

SES-

(1) Hæc clausula non recipitur in Gall. *Mem. Cler.* tom. 2. pag. 303. Pontas tom. 2. pag. 759. *Cœtus gener. Cler. Franc.* an. 1625. art. 9. *Legem adoptavit.* (2) Vide Const. Pii V. *Et si Dominici*,

1367.

pos devidos, pelos Ordinarios dos Lugares, que para iſſo deputaráõ dous do (1) Cabido. Aos quaes tambem ſe concede faculdade de juntar com fidelidade as eſmolas, e (2) os ſoccorros da caridade, que lhes offerecem, ſem totalmente receberem paga alguma.

Publicaçaõ da ſeguinte Seſſaõ.

O Meſmo Sacroſanto, Ecumenico, e Geral Concilio Tridentino, legitimamente congregado com aſſiſtencia do Eſpirito Santo, preſidindo nelle os meſmos Legados da Sé Apoſtolica, eſtabelece, e determina: que a proxima Seſſaõ ſeguinte ſe terá, e celebrará, na Quinta feira ſeguinte á oitava da Natividade da Bemaventurada Virgem Maria, que ſerá a 17 do mez de Setembro ſeguinte. Accreſcenta (3) porém, que o meſmo ſanto Concilio a ſeu arbitrio, e vontade poderá livremente reſtringir, e prorogar o dito termo, e o que daqui em diante ſe deputar a qualquer Seſſaõ, ſegundo lhe parecer que convém aos negocios do Concilio, ainda em Congregaçaõ geral.

1367. S. Ambr. l. 1. de Off. c. 29. Ex Clementis Extrav. *Unigenitus*. Gamach. diſput. *de Indulg.* tom. 3. pag. 806. (3) Supr. Seſſ. 9.

SESSIO XXII.

Quæ est VI. sub Pio IV. Pont. Max. celebrata die 17 mensis Septemb. 1562.

Doctrina de Sacrificio Missæ.

Sacrosanta, Œcumenica, & Generalis Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, ut vetus, absoluta, atque omni ex parte perfecta (1) de magno Eucharistiæ mysterio in Sancta Catholica Ecclesia fides, atque doctrina retineatur, & in sua puritate, propulsatis erroribus, atque hæresibus, conservetur, de ea, quatenus verum, & singulare sacrificium est, Spiritus sancti illustratione edocta, hæc, quæ sequuntur, docet, declarat, & fidelibus populis prædicanda decernit.

CA-

(1) Vide supra Sess. 13. in principio.

SESSAÕ XXII.

Sexta em tempo de Pio IV. Pont. Max. celebrada a 17 de Setembro de 1562.

Doutrina do Sacrificio da Miſſa.

O Sacroſanto, Ecumenico, e Geral Concilio Tridentino, legitimamente congregado com aſſiſtencia do Eſpirito Santo, preſidindo nelle os meſmos Legados da Sé Apoſtolica; para que a antiga completa, e inteiramente perfeita ſé, e doutrina do grande (1) Myſterio da Euchariſtia na ſanta Igreja Catholica ſe conſerve na ſua pureza, repellidos os erros; inſtruido por illuſtraçaõ do Eſpirito Santo, enſina, declara, e determina ſe prégue aos povos o ſeguinte, ácerca da meſma Euchariſtia em quanto he Sacrificio.

CAPUT I.

De institutione Sacrosancti Missæ Sacrificii. (1)

QUoniam sub priori Testamento, teste Apostolo Paulo, propter (2) *Levitici Sacerdotii imbecillitatem consummatio non erat; oportuit, Deo Patre misericordiarum ita ordinante, Sacerdotem alium secundum Ordinem Melchisedech surgere, D. N. Jesum Christum, qui posset omnes, quotquot sanctificandi essent, consumare, & ad perfectum adducere. Is igitur Deus, & Dominus noster, etsi* (3) *semel seipsum in ara Crucis, morte intercedente, Deo Patri oblaturus erat, ut æternam illic redemptionem operaretur; quia tamen per mortem Sacerdotium ejus extinguendum non erat; in cœna novissima, qua nocte tradebatur, ut dilectæ Sponsæ suæ Ecclesiæ, visibile, sicut hominum natura exigit, relinqueret* (4) *Sacrificium, quo cruentum illud semel in Cruce peragendum repræsentaretur; ejusque* (5) *memoria in finem usque sæculi*

(1) S. Pontifex Thelesphorus decernit de Missis celebrandis. (2) *Ad Hebr.* 7 : 18. 19. (3) *Ad Hebr.* 7 : 9. & 10. C. *Semel immolatus.* cum seq. *de Consecrat.* Dist. 2. *Luc.* 22 : 19. I. *Ad Corinth.* 11 : 24. 10, 26.

CAPITULO I.

Da inſtituiçaõ do Sacroſanto Sacrificio da Miſſa. (1)

COmo durante o antigo Teſtamento, ſegundo teſtifica o Apoſtolo, por cauſa da fraqueza do Sacerdocio (2) Levitico naõ havia perfeiçaõ, convinha, ordenando-o aſſim Deos Pai das miſericordias, ſe levantaſſe outro Sacerdote ſegundo a ordem de Melchiſedech Noſſo Senhor Jeſus Chriſto, que podeſſe conſummar, e fazer perfeitos a todos os que ſe houveſſem de ſantificar. Eſte Deos pois, e Noſſo Senhor, poſto que mediando a morte, ſe havia de offerecer (3) huma vez ao Eterno Pai no Altar da Cruz, para nelle obrar a redempçaõ eterna: com tudo como pela morte ſe naõ havia de extinguir o ſeu Sacerdocio, na ultima Cea, em cuja noite foi entregue, para deixar á (4) Igreja ſua amada Eſpoſa (como pede a natureza humana) hum Sacrificio, em que ſe repreſentaſſe aquelle, que ſe havia de obrar na Cruz, e a (5) memoria delle duraſſe até o fim do ſeculo;

---

26. *Ad Hebr.* 13: 10. (4) Concil. Tolet. XII. cap. 5. Ita loquuntur SS. PP. Ambr. Chryſoſt. Auguſt. Cyrill. Huroſol. apud Bellarminum. l. 1. *de Miſſa privata.* c. 15. (5) I. *Ad Corinth.* 11: 26.

culi permaneret, atque illius salutaris virtus in remissionem eorum, quæ a nobis quotidie committuntur, peccatorum applicaretur; (1) *Sacerdotem secundum ordinem Melchisedech se in æternum constitutum declarans, Corpus, & Sanguinem suum sub speciebus panis, & vini Deo Patri obtulit, ac sub earumdem rerum Symbolis, Apostolis, quos tunc novi Testamenti Sacerdotes* (2) *constituebat, ut sumerent, tradidit; & eisdem, eorumque in Sacerdotio successoribus, ut offerrent, præcepit, per hæc verba:* (3) *Hoc facite in meam commemorationem, uti semper Catholica Ecclesia intellexit, & docuit. Nam celebrato veteri Pascha,* (4) *quod in memoriam exitus* (5) *de Ægypto multitudo filiorum Israel immolabat, novum instituit Pascha, se ipsum ab Ecclesia per Sacerdotes sub signis visibilibus immolandum in memoriam transitus sui ex hoc mundo ad Patrem, quando per sui Sanguinis effusionem nos redemit,* (6) *eripuitque de potestate tenebrarum, & in Regnum suum transtulit. Et hæc quidem* (7) *illa munda oblatio est, quæ nulla indignitate, aut malitia offerentium inquinari potest; quam Do-*

(1) *Psalm.* 109: 4. C. *In calicem.* & C. *Accipite, de Consecrat.* Dist. 2. (2) Ministri Euchar. Sacerdotes vocantur. *Ad Hebr.* 5. v. 1. cap. 8: 3. Hieron. Ambros. Aug. apud Bellarm. c. 17. (3) *Matth.* c. 26: 27. *Marc.* c. 14: 22. *Luc.* 22: 17. Vincent. Lyrinens.

lo; e a ſua virtude ſe applicaſſe em remiſſaõ dos peccados, que cada dia commettemos, declarando-ſe Sacerdote perpétuo, (1) ſegundo a Ordem de Melchiſedech, offereceo a Deos Pai o ſeu Corpo, e Sangue debaixo das eſpecies de paõ, e vinho; e o deo aos Apoſtolos, que entaõ conſtituio (2) Sacerdotes do novo Teſtamento debaixo dos ſymbolos deſtas meſmas couſas; e a elles, e ſeus ſucceſſores no Sacerdocio, mandou que o offereceſſem com eſtas palavras: (3) *Fazei iſto em minha lembrança*; como a Igreja Catholica ſempre entendeo, e enſinou. Porque celebrada a antiga (4) Paſcoa (que a multidaõ dos filhos de Iſrael ſacrificava (5) em memoria da ſua ſahida do Egypto) inſtituio nova Paſcoa, ſacrificando-ſe a ſi meſmo pela Igreja por máos dos Sacerdotes, debaixo de ſinaes viſiveis; em memoria do ſeu tranſito deſte Mundo ao Pai, quando nos remio pela effuſaõ do ſeu Sangue, (6) e tirou do poder das trévas, e transferio ao ſeu Reino. Eſta he aquella oblaçaõ (7) pura, que ſe naõ póde manchar com indignidade, ou malicia alguma dos que a offerecem: que o Senhor predi-

diſſe

---

nenſ. in Commonitorio, c. 9. Bibliot. SS. PP. tom. 7. pag. 251. (4) *Matth.* 26. I. *Ad Corinth.* 11: 24. 25. (5) *Exod.* 13: 3. 8. *Joan.* 13: 1. (6) *Ad Coloſſ.* 1: 13. 14. (7) *Malach.* 1: 10. 11. Ut interpretantur Juſt. Irenæus, Tertul. S. Cyprian. apud Bellarm. l. 1. cap. 10.

Dominus per Malachiam nomini suo, quod magnum futurum esset in gentibus, in omni loco mundam offerendam prædixit: & quam non obscure innuit Apostolus Paulus (1) Corinthiis scribens, cum dicit, non posse eos, qui participatione mensæ dæmoniorum polluti sunt, mensæ Domini participes fieri, per mensam Altare utrobique intelligens. Hæc denique illa est, quæ (2) per varias Sacrificiorum, naturæ, & legis tempore, similitudines figurabatur; utpote quæ bona omnia, per illa significata, velut illorum omnium consummatio, & perfectio, complectitur.

CAPUT II.

Sacrificium visibile esse propitiatorium pro vivis, & defunctis.

ET quoniam in divino hoc Sacrificio, quod in Missa peragitur, idem ille Christus continetur, & incruente immolatur, qui in ara Crucis semel seipsum (3) cruente obtulit, docet sancta Synodus, Sacrificium istud vere propitiatorium esse, per ipsumque fieri, ut, si cum vero corde, & recta fide, cum metu, & reverentia, contriti, ac pœnitentes ad Deum

(1) 1. *Ad Corinth.* 10: 20. 21. C. *Non satis.* 34. q. 1. (2) *Genes.* 4: 3. 4. 8. & 22: 10. *Levit.* 1: 2. & 3. & alibi. (3) *Ad Hebr.* 9: 12. 24. cap. 4. 16.

diſſe ſe havia offerecer em todo o lugar pura ao ſeu nome, que havia ſer grande entre as gentes; cuja oblaçaõ naõ pouco claramente inſinúa o Apoſtolo, eſcrevendo (1) aos Corinthios, quando diz: que naõ pódem aquelles, que eſtaõ manchados com a participaçaõ da meza dos demonios, ſer participantes da meza do Senhor: entendendo por meza o Altar, em hum, e outro lugar. Eſta em fim he aquella, que na lei da Natureza, e na Eſcrita ſe figurava (2) por varias ſemelhanças de Sacrificios; pois he a que encerra todos os bens, que ella ſignifica, como conſummaçaõ, e perfeiçaõ, que he de todos elles.

CAPITULO II.

O Sacrificio viſivel he propiciatorio pelos vivos, e defuntos.

E Como neſte Divino Sacrificio, que na Miſſa ſe exercita, ſe encerra, e he ſacrificado incruentamente aquelle meſmo Chriſto, que huma vez (3) cruentamente no Altar da Cruz ſe offereceo a ſi meſmo; declara o ſanto Concilio, que eſte Sacrificio he verdadeiramente propiciatorio; e que ſe com coraçaõ ſincéro, e fé verdadeira, com temor, e reverencia, contritos, e peni-

ten-

Deum accedamus, misericordiam consequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno. (1) *Hujus quippe oblatione placatus Dominus, gratiam, & donum pœnitentiæ concedens, crimina, & peccata etiam ingentia, dimittit. Una enim, eademque est hostia, idem nunc offerens Sacerdotum ministerio, qui seipsum tunc in Cruce obtulit, sola offerendi ratione diversa.* (2) *Cujus quidem oblationis cruentæ, inquam, fructus per hanc incruentam uberrime percipiuntur: tantum abest, ut illi per hanc quovis modo derogetur. Quare non solum pro fidelium vivorum peccatis, pœnis, satisfactionibus, & aliis necessitatibus,* (3) *sed & pro defunctis in Christo*(4) *nondum ad plenum purgatis, rite, juxta Apostolorum traditionem, offertur.*

CA-

---

(1) S. Aug. l. 10. *de Civit. Dei.* c. 20. (2) Concil. Later. IV. cap. *Firmiter.* Canon Missæ S. Augustini. 20. contra Faustum, cap. 18. Vide Bellarm. Perronium, Richelæum: *Non tantum est commemorativum* (quod ipsi demonstrant) *sed verum & proprie dictum Sacrificium.* (3) S. Chrysost. Hom. 18. & 21. in *Act. Apost.* docet offerri pro fructibus terræ.

tentes nos chegarmos a Deos, conſeguiremos miſericordia, e acharemos graça no auxilio opportuno. Porque aplacado (1) o Senhor com a ſua oblaçaõ, concedendo o dom da graça, e penitencia, juntamente perdoa os maiores delictos, e peccados. Huma he pois, e a meſma a hoſtia, o meſmo he agora o offerente por miniſterio do Sacerdote, e o que antigamente ſe offereceo a ſi meſmo na Cruz, havendo ſó diverſidade no modo de offerecer. Os fructos (2) da oblaçaõ cruenta ſe recebem abundantemente por meio deſta; taõ longe eſtá, que eſta derogue naquella. Por tanto, com razaõ conforme a Tradiçaõ Apoſtolica ſe offerece naõ ſó pelos peccados, penas, ſatisfações, e outras neceſſidades dos Fiéis vivos, mas tambem pelos que (3) morrêraõ em Chriſto, (4) naõ eſtando plenamente purificados.

CA-

---

ræ. S. Aug. l. 22. *de Civit. Dei.* c.8. meminit oblati Sacrificii ad purgandam domum a vexatione dæmonum. S. Proſper. lib. de *Præd. Dei.* c. 6. Tertul. inquit *lib. ad Scapulam*: Sacrificamus pro ſalute Imperatoris (infidelis.) (4). Infra Can. 3. & Seſſ. 25. In principio.

CAPUT III.

De Missis in honorem Sanctorum.

ET quamvis (1) *in honorem, & memoriam Sanctorum nonnullas interdum Missas Ecclesia celebrare consueverit, non tamen illis Sacrificium offerri docet, sed Deo soli, qui illos coronavit. Unde nec Sacerdos dicere solet: Offero tibi Sacrificium, Petre, vel Paule, sed Deo de illorum victoriis gratias agens, eorum patrocinia implorat; ut ipsi pro nobis intercedere dignentur in Cœlis, quorum memoriam facimus in terris.*

CAPUT IV.

De Canone Missæ.

ET cum sancta sancte administrari conveniat, (2) *sitque hoc omnium sanctissimum Sacrificium: Ecclesia Catholica, ut digne, reverenterque offerretur, ac perciperetur, sacrum*

(1) S. August. l. 8. cap. 27. *de Civit. Dei.* Infra Can. 5. Sess. 25. *de Invocat. SS.* S. Aug. l. 2. contra Faustum c. 21. Ex veteribus Liturgiis S. Cyrill. Catth.

CAPITULO III.

Das Missas em honra dos Santos.

POsto que a Igreja tenha de costume celebrar ás vezes algumas Missas (1) em honra, e memoria dos Santos; com tudo naõ diz que se lhe offerecem Sacrificios, mas unicamente a Deos, que os coroou. Por onde, nem o Sacerdote costuma dizer: Offereço-te Sacrificio, Pedro, ou Paulo; mas dando as graças a Deos pelas victorias dos Santos, implora os seus patrocinios; para que aquelles se dignem interceder por nós nos Ceos, cuja memoria celebramos na terra.

CAPITULO IV.

Do Canon da Missa.

SEndo conveniente que as cousas santas se administrem santamente, e este Sacrificio seja entre todos (2) santissimo, instituio a Igreja Catholica ha muitos seculos

---

Cath. 5. mystag. S. Aug. Tract. 84. in Joan. tom. 3. part. 2. pag. 709. In oratione Missæ: *Suscipe Sancta Trinitas.* (2) C. *Nihil*, *de Consecr.* Dist. 2.

crum (1) *Canonem multis ante ſæculis inſtituit, ita ab omni errore purum, ut nihil in eo contineatur, quod non maxime ſanctitatem, ac pietatem quandam redoleat, mentesque offerentium in Deum erigat. Is enim conſtat cum ex ipſis Domini verbis, tum ex Apoſtolorum traditionibus, ac Sanctorum quoque Pontificum piis inſtitutionibus.*

CAPUT V.

De ſolemnibus Miſſæ Sacrificii cæremoniis.

CUmque (2) *natura hominum ea ſit, ut non facile queat ſine adminiculis exterioribus ad rerum divinarum meditationem ſuſtolli; propterea pia Mater Eccleſia ritus quosdam, ut ſcilicet quædam ſubmiſſa* (3) *voce, alia vero elatiore, in Miſſa pronuntiarentur, inſtituit.* (4) *Cæremonias item adhibuit, ut myſticas benedictiones, lumina, thymiamata, veſtes, aliaque id genus multa, ex Apoſtolica diſciplina, & traditione; quo*

(1) S. Ambroſ. *de Sacram.* l. 4. cap. 6. S. Aug. ad Januar. ſuper illis verbis Pauli: *Cætera cum venero diſponam.* & Serm. *de corpore Chriſti*, & epiſt. ad Paulinum. *Ex Apoſtolica vero tradit. emanoſſe teſtantur.* C. *Jacobus*, cum gloſſ. *de Conſecr.* Diſt. 1. Vigilius Papa epiſt. ad *Profuturum.* Eleuther. & Inno-

los (1) o Canon ſagrado, taõ purificado de todo o erro, que nelle ſe naõ contém couſa alguma, que naõ cheire a ſumma ſantidade, e piedade, e eleve a Deos as almas dos que o offerecem. Conſta eſte pois tanto das palavras do meſmo Senhor, como das tradições dos Apoſtolos, e piedoſas inſtituições dos Summos Pontifices.

CAPITULO V.

Das ceremonias ſolemnes do ſanto Sacrificio da Miſſa.

COmo a natureza (2) humana he de tal condiçaõ, que naõ póde facilmente ſem ſoccorros exteriores elevar-ſe a meditar as couſas Divinas; eſta a cauſa que a Igreja, como piedoſa mãi que he, inſtituio certos Ritos, para ſe recitarem na Miſſa, huns em voz (3) ſubmiſſa, outros em voz alta. Juntou a iſto (4) ceremonias, como benções myſticas, luzes, aromas, veſtiduras, e outras couſas deſte genero, de tradiçaõ Apoſtolica, com que ſe fizeſſe recomendavel a mageſta-

---

Innocent. III. in cap. Cum *Marthæ*, *de celebr. Miſſ.* (2) S. Aug. l. 5. *de liber. arb.* cap. 10. (3) In Liturgia S. Chryſoſt. *Sacerdos orat ſecreto plane, non moderate tantum.* Cardin. Palav. lib. 8. Hiſtor. Concil. Trident. c. 10. n. 5. (4) Infra Can. 7.

quo & majestas tanti Sacrificii commendaretur, & mentes fidelium per hæc visibilia religionis, & pietatis signa, ad rerum altissimarum, quæ in hoc Sacrificio latent, contemplationem excitarentur.

CAPUT VI.

De Missa, in qua solus Sacerdos communicat.

Optaret (1) *quidem Sacrosancta Synodus, ut in singulis Missis fideles adstantes non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistiæ perceptione communicarent, quo ad eos sanctissimi hujus Sacrificii fructus uberior proveniret. Nec tamen, si id non semper fiat,* (2) *propterea Missas illas, in quibus solus Sacerdos sacramentaliter communicat, ut privatas, & illicitas damnat, sed probat, atque adeo commendat. Siquidem illæ quoque Missæ vere communes censeri debent; partim, quod in eis populus spiritualiter communicet; partim vero, quod a publico Ecclesiæ Mi-*

(1) Sicut in primitiva Ecclesia factum testatur. C. *Omnes fideles de Consecr.* Dist. 1. C. *Peracta*, eod. Dist. 2. (2) C. Alioquin nec Fabianus, *de Consecr.* Dist. 2. C. *Etsi non.* nec Concil. Eliberit. *de Consecr.* Dist. 2. C. *Omnis homo.* nec Toletan. I. cap. 13. probasset

geſtade de taõ grande Sactificio ; e os entendimentos dos Fiéis com eſtes ſinaes viſiveis de religiaõ, e piedade, ſe excitaſſem á contemplaçaõ das couſas altiſſimas, que ſe occultaõ neſte Sacrificio.

CAPITULO VI.

Da Miſſa, em que communga ſó o Sacerdote.

DEſejava (1) na verdade o ſacroſanto Concilio, que os circumſtantes que aſſiſtem a cada huma das Miſſas, commungaſſem naõ ſó com affecto eſpiritual, mas tambem com a recepçaõ ſacramental da Euchariſtia, para que participaſſem mais abundante fructo deſte ſantiſſimo Sacrificio ; mas ainda que nem ſempre ſe execute aſſim, nem por iſſo condemna como particulares, e illicitas (2) aquellas Miſſas, em que communga ſómente o Sacerdote ſacramentalmente ; pois na verdade tambem eſtas Miſſas ſe devem reputar commuas : a huma por que nellas communga o Povo eſpiritualmente, a outra por que

---

baſſet certis tantum temporibus communicantes. Item Concil. Agathenſe an. 511. Nannetenſe c. 30. Tolet. 12. Can. 5. tom. 6. Concil. p. 1230. Euſeb. l. 6. Hiſt. cap. 43.

Miniſtro non pro ſe tantum, ſed pro omnibus fidelibus, qui ad Corpus Chriſti pertinent, celebrentur.

CAPUT VII.

De aqua vino miſcenda in Calice offerendo.

Monet deinde ſancta Synodus, præceptum eſſe (1) *ab Eccleſia Sacerdotibus, ut aquam vino in Calice offerendo miſcerent; tum quod Chriſtum Dominum ita feciſſe credatur, tum etiam, quia* (2) *è latere ejus aqua ſimul cum ſanguine exierit; quod Sacramentum hac mixtione recolitur: &, cum* (3) *aquæ in Apocalypſi B. Joan. Populi dicantur, ipſius Populi fidelis cum capite Chriſto unio repræſentatur.*

CA-

(1) Synod. VI. c. 32. Concil. Carthag. III. c. 24. Bracar. III. c. 1. Ex S. Cyprian. l. 2. epiſt. 3. Tribuſienſ. c. 19. Concil. Florent. Inſtruct. pro Armen. an. 1438. *de Sacramento Euchariſtiæ.* C. *In Sacramentorum.* C. *Non opertet.* C. *Cum omne.* C. *In Calicem, de Con-*

as celebra o Ministro público da Igreja, naõ sómente por si, mas por todos os que pertencem ao corpo de Christo.

CAPITULO VII.

Da agua, que se deve lançar no Caliz, quando se offerece.

DEclara mais o santo Concilio, haver preceito da Igreja (1) para os Sacerdotes lançarem agua no Caliz, quando offerecem: tanto por se crer, que assim o fez Christo Senhor nosso, como tambem por que (2) do seu lado sahio juntamente sangue, e agua; de cujo mysterio se faz commemoraçaõ com esta mistura; e como no Apocalypse (3) de S. Joaõ os Povos se compáraõ ás aguas, se representa a uniaõ do mesmo Povo fiel com a sua cabeça Christo.

Consecrat. Dist. 2. C. *Cum Marthæ.*, §. *Quæsivisti, de celebr. Miss.* Conc. in Trull. Can. 32. Codic. Eccles. Afric. c. 37. S. Chrysost. *in Matth.* c. 26. Homil 32. pag. 511. S. Cyprian. epist. 63. ad Cæcilium. In Rubricis Missalis Romani, titulo *de defectibus vini.*

(2) *Joan.* 19: 34. (3) *Apocal.* 17: 15.

CAPUT VIII.

De Missa vulgari lingua passim non celebranda, & mysteriis ejus Populo explicandis.

ETsi Missa magnam contineat Populi fidelis eruditionem, (1) *non tamen expedire visum est Patribus, ut vulgari passim lingua celebraretur. Quamobrem, retento ubique cujusque Ecclesiæ antiquo, & a Sancta Romana Ecclesiâ omnium Ecclesiarum matre, & magistra probato ritu, ne oves Christi esuriant,* (2) *neve parvuli panem petant, & non sit, qui frangat eis; mandat sancta Synodus* (3) *Pastoribus, & singulis curam animarum gerentibus, ut frequenter inter Missarum celebrationem, vel per se, vel per alios, ex iis, quæ in Missa leguntur, aliquid exponant; atque inter cætera sanctissimi hu-*

(1) Latini Græcè, & vicissim Græci Latinè celebrare prohibentur, ex Const. Pii V. *Providentia.* 1566. (2) *Thren.* 4: 4. Concil. IV. Tolet. c. 25. Can. 1. Dist. 38. C. *de Ignorantia.* (3) Supra Sess. 5. cap. 2. *de Reformat.* & infra Sess. 24. cap. 7. *de Reformat.* Supra, cap. 1. Sess. 22. *Soli Sacerdotes potestatem habent conficiendi Eucharistiam.* Tert. lib. *de Coron. milit.* cap. 3. S. Just. Apol. 2. S. Hieron. adv.

CAPITULO VIII.

A Miſſa ordinariamente ſe naõ deve celebrar em lingua vulgar, e os ſeus myſterios ſe haõ de explicar ao Povo.

AInda que a Miſſa encerre huma grande inſtrucçaõ do Povo fiel, com tudo pareceo aos Padres, (1) naõ ſer conveniente, ſe celebraſſe ordinariamente na lingua vulgar. Por cuja cauſa conſervando o Rito approvado em toda a parte de cada huma das Igrejas, e da Santa Romana Igreja, Mãi, e Meſtra de todas; para que as ovelhas de Chriſto naõ tenhaõ fome, e os pequeninos naõ (2) peçaõ paõ, e naõ haja quem lho reparta; manda o ſanto Concilio aos (3) Paſtores, e a cada hum dos que tem Cura de almas, que durante a celebraçaõ da Miſſa exponhaõ frequentes vezes, por ſi, ou por outros alguma daquellas couſas que ſe lem na Miſſa; e entre o mais declarem algum myſterio deſte ſantiſſimo

---

adverſ. Luciferianos. S. Epiphan. tom. 4. part. 2. p. 30. epiſt. ad Joan. Hieroſolimit. tom. 2. pag. 312. S. Auguſt. epiſt. 228. aliàs 180. ad Honoratum, tom. 2. pag. 831. Concil. Nicæn. I. Can. 18. Syn. Alex. apud S. Athanaſ. in Apol. contra Arian. tom. 1. n. 12. Concil. Later. IV. ſub Innoc. III. Conc. Florentin. in Decreto.

hujus Sacrificii mysterium aliquod declarent, diebus præsertim Dominicis, & festis.

CAPUT IX.

Prologomenon Canonum sequentium.

QUia vero adversus veterem hanc in sacrosancto Evangelio, Apostolorum traditionibus, sanctorumque Patrum doctrina fundatam fidem, hoc tempore multi disseminati sunt errores, multaque a multis docentur, atque disputantur; sacrosancta Synodus, post multos, gravesque his de rebus mature habitos tractatus, unanimi Patrum omnium consensu, quæ huic purissimæ fidei, sacræque doctrinæ adversantur, damnare, & a sancta Ecclesia eliminare per subjectos hos Canones constituit.

De Sacrificio Missæ.

CANON I.

SI quis dixerit, in Missa non offerri Deo verum, & proprium Sacrificium, aut quod offeri non sit aliud, quam nobis Christum ad manducandum dari; anathema sit.

CANON II.

Si quis dixerit, illis verbis: (1) *Hoc facite in meam commemorationem,* (2) *Christum non*

(1) I. *Ad Corinth.* 11: 24. 25. (2) Luc. 22 : 17. Supr. cap. 1. *de hoc Sacrific.*

mo Sacrificio, principalmente nos Domingos, e Festas.

CAPITULO IX.

Prologo dos Canones seguintes.

COmo neste tempo se tem semeado muitos erros, e ha muito quem dispute, e ensine contra esta fé, fundada no santo Evangelho, e Tradiçoes dos Apostolos: determina o santo Concilio, depois de muitas, e maduras conferencias sobre estas materias, com unanime consentimento de todos os Padres, com os seguintes Canones condemnar, e desterrar da santa Igreja o que se oppoem a esta fé purissima, e sagrada doutrina.

Do Sacrificio da Missa.

CANON I.

SE alguem disser, que na Missa se naõ offerece a Deos verdadeiro Sacrificio; ou que offerecer-se naõ he outra cousa que dar-se-nos Christo para o commungarmos: seja excommungado.

CANON II.

Se alguem disser, que Christo naõ instituio os Apostolos Sacerdotes, naquellas palavras: (1) Fazei isto em minha commemoraçaõ; ou que (2) naõ ordenou, que elles,

non instituisse Apostolos Sacerdotes; aut non ordinasse, ut ipsi, aliique Sacerdotes offerrent Corpus, & Sanguinem suum; anathema sit.

CANON III.

Si quis dixerit, Missæ Sacrificium tantum esse laudis, & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem Sacrificii in Cruce peracti, (1) non autem propitiatorium, vel soli prodesse sumenti, neque pro vivis, & defunctis, pro peccatis, pœnis, satisfactionibus, & aliis necessitatibus offerri debere; anathema sit.

CANON IV.

Si quis dixerit, blasphemiam irrogari sanctissimo Christi Sacrificio in Cruce peracto per Missæ Sacrificium, aut illi per hoc derogari; anathema sit.

CANON V.

Si quis dixerit, impostruram esse Missas celebrare (2) in honorem Sanctorum, & pro illorum intercessione apud Deum obtinenda, sicut Ecclesia intendit; anathema sit.

CANON VI.

Si quis dixerit, Canonem Missæ (3) errores continere, ideoque abrogandum esse; anathema sit.

CA-

(1) Supr. cap. 2. ibid. l. 2. *Machab.* cap. 12. v. 45. S. Aug. l. 9. *Confess.* narrat Monicam rogasse, ut sui fieret memoria in peragendis mysteriis ad Al-

e os mais Sacerdotes offereceſſem o ſeu Corpo, e Sangue: ſeja excommungado.

CANON III.

Se alguem diſſer, que o Sacrificio da Miſſa he ſómente de louvor, e acçaõ de graças, ou méra commemoraçaõ do Sacrificio feito na Cruz; (1) mas naõ propiciatorio; ou que ſó aproveita ao que communga; e que ſe naõ deve offerecer pelos vivos, e defuntos, pelos peccados, penas, ſatisfações, e outras neceſſidades: ſeja excommungado.

CANON IV.

Se alguem diſſer, que com o Sacrificio da Miſſa ſe blaſfema do ſantiſſimo Sacrificio, que Chriſto executou na Cruz; ou que aquelle deroga neſte: ſeja excommungado.

CANON V.

Se alguem diſſer, que he impoſtura celebrar Miſſas em honra dos (2) Santos, e por conſeguir a ſua interceſſaõ para com Deos, como a Igreja pertende: ſeja excommungado.

CANON VI.

Se alguem diſſer, que o (3) Canon da Miſſa contém erros, e por eſta cauſa ſe deve abrogar: ſeja excommungado.

CA-

Altare. l. *de Cura pro mortuis*, c. 1. Fuſiùs in Enchiridi. cap. 110. (2) Sup. cap. 3. ibid. S. Cyrill. Hieroſol. Cath. 5. myſtag. pag. 24. S. Auguſt. Tract. 84. in *Joan.* tom. 3. part. 2. pag. 709. l. 8. *de Civitat. Dei.* cap. 27. tom. 7. pag. 217. (3) Supr. cap. 4.

CANON VII.

Si quis dixerit, (1) *cæremonias, vestes, & externa signa, quibus in Missarum celebratione Ecclesia Catholica utitur, irritabula impietatis esse magis, quàm officia pietatis; anathema sit.*

CANON VIII.

Si quis dixerit, Missas, (2) in quibus solus Sacerdos sacramentaliter communicat, illicitas esse, ideoque abrogandas; anathema sit.

CANON IX.

Si quis dixerit, Ecclesiæ Romanæ Ritum, quo submissa voce pars Canonis, & verba consecrationis proferuntur, damnandum esse; (3) aut lingua tantum vulgari Missam celebrari debere; (4) aut aquam non miscendam esse vino in Calice offerendo; eo quod sit contra Christi institutionem; anathema sit.

De-

(1) C. *Sane de celebrat. Miss.* Supra cap. 5. (2) Supra cap. 6. *de hoc Sacrificio.* Conc. Agathens. an. 511. tom. 4. Conc. p. 1380. & 139. Nannetense, c. 30. Tolet. XII. Can. 5. tom. 6. Concil. pag. 1230. (3) Supra cap. 8. (4) Cap. *In Sacramentorum, de cons.* Dist.

CANON VII.

Se alguem diſſer, que as (1) ceremonias, veſtes, e ſinaes exteriores, de que a Igreja Catholica uſa na celebraçaõ das Miſſas, mais ſaõ incentivos de impiedade, do que officios de piedade: ſeja excommungado.

CANON VIII.

Se alguem diſſer, que as Miſſas em que communga (2) ſó o Sacerdote, ſaõ illicitas, e por iſſo ſe devem abrogar: ſeja excommungado.

CANON IX.

Se alguem diſſer, que o Rito da Igreja Romana, com que parte do Canon, e as palavras da Conſagraçaõ ſe proferem em voz ſubmiſſa, ſe deve condemnar; ou que a Miſſa ſe deve celebrar ſómente em lingua (3) vulgar; ou que ſe naõ deve lançar (4) agua no Caliz, quando ſe offerecer, por ſer contra a inſtituiçaõ de Chriſto: ſeja excommungado.

De-

Diſt. 2. S. Cyprian. epiſt. 63. ad Cæcilium. Conc. Florent. in Decreto ſeu inſtruct. Armenis data an. 1438.

Decretum de obſervandis, & evitandis in celebratione Miſſæ.

Quanta cura adhibenda ſit, ut ſacroſanctum Miſſæ Sacrificium omni religionis cultu, ac veneratione celebretur, quivis facile exiſtimare poterit, qui cogitarit, maledictum in ſacris Litteris eum vocari, (1) qui facit opus Dei negligenter. Quod ſi neceſſario fatemur, nullum aliud opus adeo ſanctum, ac Divinum a Chriſti fidelibus tractari poſſe, quam hoc ipſum tremendum myſterium, quo vivifica illa hoſtia, qua Deo Patri reconciliati ſumus, in Altari per Sacerdotes quotidie immolatur; ſatis etiam appareat, omnem operam, & diligentiam in eo ponendam eſſe, (2) ut quanta maxima fieri poteſt interiori cordis munditia, & puritate, atque exteriori devotionis, ac pietatis ſpecie peragatur. Cum igitur multa jam ſive temporum vitio, ſive hominum incuria, & improbitate irrepſiſſe videantur, quæ a tanti Sacrificii dignitate aliena ſunt, ut ei debitus honor, & cultus ad Dei gloriam, & fidelis Populi ædificationem reſtituatur, decernit ſancta Synodus, ut ordinarii locorum Epiſcopi ea omnia prohibere, atque e medio tollere ſedu-

(1) *Jerem.* 48 : 10. (2) Supr. Seſſ. 13. c. 7. de *Sacram. Euchar.*

Decreto do que ſe deve obſervar, e evitar na celebraçaõ da Miſſa.

QUanto ſeja o cuidado que ſe deve pôr, para que o ſacroſanto Sacrificio da Miſſa ſe celébre com todo o culto religioſo, e devoçaõ, facilmente o poderá entender, quem conſiderar, que nas Sagradas Letras ſe chama maldito aquelle, que faz as obràs de Deos (1) com negligencia. E confeſſando nós forçoſamente, que os Fiéis de Chriſto naõ podem exercer obra alguma taõ ſanta, nem taõ divina, como eſte tremendo myſterio, em que eſta Hoſtia vivificante, pela qual fomos reconciliados com Deos Pai, he quotidianamente ſacrificada no Altar pelos Sacerdotes: aſsás claro parece, ſe deve pôr todo o cuidado, e applicaçaõ, para eſta acçaõ ſe fazer com a maior (2) limpeza, e pureza de coraçaõ, e com a maior piedade, e devoçaõ exterior poſſivel. Mas como parece que, ou ſeja por relaxaçaõ dos tempos, ou por corrupçaõ, e negligencia dos homens, ſe tem introduzido muitas couſas mui contrarias á dignidade de hum taõ grande Sacrificio; para reſtabelecer a honra, e culto que lhe he devido, para gloria de Deos, e edificaçaõ dos Fiéis: ordena o ſanto Concilio, que os Biſpos ordinarios dos lugares tenhaõ particulariſſimo cuidado, e eſtejaõ obrigados a prohibir, e abolir tudo o que ſe tem introduzi-

do

ſedulo curent, ac teneantur, quæ vel avaritia (1) *idolorum ſervitus, vel irreverentia, quæ ab impietate vix ſejuncta eſſe poteſt, vel ſuperſtitio, veræ pietatis falſa imitatrix, induxit. Atque, ut multa paucis comprehendantur, in primis, quod ad avaritiam pertinet, cujusvis generis mercedum conditiones, pacta, & quidquid pro Miſſis novis celebrandis datur, nec non importunas, atque illiberales eleemoſynarum exactiones potius, quam poſtulationes, aliaque hujusmodi, quæ a ſimoniaca labe, vel certe a turpi quæſtu non longe abſunt, omnino prohibeant. Deinde, ut irreverentia vitetur, ſinguli in ſuis Diœceſibus interdicant, ne cui vago, & ignoto Sacerdoti Miſſas celebrare liceat. Neminem præterea, qui publice, & notorie criminoſus ſit, aut ſancto Altari miniſtrare, aut ſacris intereſſe permittant; neve patiantur privatis in domibus, atque omnino extra Eccleſiam,* (2) *& ad Divinum tantum Cultum dedicata Oratoria, ab eiſdem Ordinariis deſignanda, & viſitanda, ſanctum Sacrificium a Sæcularibus,* (3) *aut Regularibus quibuscum-*

(1) *Ad Epheſ.* 5 : 5. (2) C. *Auctoritate, de priv.* in 6. (3) Concil. Laodicenc. Can. 58. Concil. II. Cartag. Can. 9. C. *Sicut*, cum ſeq. C. *Hic ergo.* C. *Nullus Præsbyter.* C. *Clericos*, *de Conſecr.* Diſt. 1. Anacletus epiſt. 1. Concil. Tolet. IV. Can. 21.

Ab

do, ou por ambiçaõ, (1) que he huma eſpecie de idolatria; ou por irreverencia, que he quaſi inſeparavel da impiedade; ou por ſuperſtiçaõ, que he huma falſa imitadora da piedade verdadeira. E por dizer muito em poucas palavras: primeiramente pelo que reſpeita a avareza, prohibiráõ abſolutamente toda a ſorte de condições, e de pactos, por quaesquer recompenſas, e pagas que ſeja, e tudo o que ſe dá, quando ſe dizem as Miſſas novas; e tambem as importunas, e indecoroſas petições de eſmolas, que antes ſe lhe devem chamar exacções; e todas as mais couſas, que diſtaõ pouco de ſimonia, ou ao menos de lucro torpe.

Em ſegundo lugar, para evitar a irreverencia, prohibiráõ cada hum nas ſuas Dioceſes, que nenhum Sacerdote vagamundo, e deſconhecido diga Miſſa; e naõ conſentiráõ a nenhum que ſeja pública, e notoriamente convencido de crime, que ſirva no Altar, ou aſſiſta aos ſantos myſterios. Naõ permittiráõ, que Sacerdotes alguns Seculares, (2) ou Regulares, offereçaõ o ſanto Sacrificio nas caſas particulares, nem em parte alguma, (3) fóra da Igreja, e Oratorios dedicados ao Culto Divino, e que forem para iſto viſitados, e deſignados pelos meſmos Ordinarios, com

Ab omni inquinamento carnis liberi maneamus; ut mundi corpore, purgati mente, poſſimus ad Sacrificium Chriſti digne accedere.

cumque peragi ; ac nisi prius qui interſint , decenter compoſito corporis habitu , declaraverint , ſe mente etiam , ac devoto cordis affectu , non ſolum corpore , adeſſe. Ab Eccleſiis vero (1) *muſicas eas , ubi ſive organo , ſive cantu laſcivum , aut impurum aliquid miſcetur ; item* (2) *ſæculares omnes actiones , vana , atque adco profana colloquia , deambulationes , ſtrepitus , clamores arceant ,* (3) *ut domus Dei vere domus orationis eſſe videatur , ac dici poſſit. Poſtremo , ne ſuperſtitioni locus aliquis detur ,* (4) *edicto , & pœnis propoſitis cavent , ne Sacerdotes aliis , quam debitis horis celebrent , neve ritus alios , aut alias cæremonias , & preces in Miſſarum celebratione adhibeant , præter eas , quæ ab Eccleſia probatæ , ac frequenti , & laudabili uſu receptæ fuerint. Quarumdam vero Miſſarum , & candelarum certum numerum , qui magis a ſuperſtitioſo cultu , quàm a vera religione inventus eſt , omnino ab Eccleſia removeant ; doceantque populum , quis ſit , & a quo potiſſimum proveniat ſanctiſſimi hujus Sacrificii tam pretioſus , ac cœleſtis fructus.*

Mo-

---

(1) Concil. Antiſſiodor. c. 9. Cabilon. ſub Vitaliano. cap. 19. (2) Pœnas pecuniarias adjecit. Pius V. in Bulla *Cum primum*. 1566. (3) *Iſaiæ*. 56: 7. *Matth*. 21: 13. (4) Innocent. III. in Concil. Lateran.

com a condiçaõ que os que houverem de aſſiſtir, declarem que eſtaõ preſentes naõ ſó com o corpo, mas tambem com a alma, e affectos devotos do coraçaõ. Apartem tambem das Igrejas aquellas (1) muſicas, onde aſſim no órgaõ, como no canto ſe miſtura alguma couſa impura, e laſciva; e do meſmo modo todas as acções (2) ſeculares, converſações vãs, e profanas, paſſeios, eſtrepitos, clamores; para que a Caſa (3) de Deos pareça, e ſe poſſa chamar com verdade Caſa de oraçaõ. Em fim, para que naõ haja lugar algum de ſuperſtiçaõ, com (4) editaes, e fulminaçaõ de penas ordenem, que os Sacerdotes naõ celebrem, ſenaõ nas devidas horas; nem pratiquem outros Ritos, ou outras Ceremonias na celebraçaõ da Miſſa, ſenaõ aquellas, que forem approvadas pela Igreja, e recebidas por uſo frequente, e louvavel. Totalmente apartem da Igreja o dizer-ſe Miſſas em certo número, e com certo número de vélas, invento que mais procedeo de culto ſuperſticioſo, do que de verdadeira Religiaõ; e expliquem ao Povo, donde provém principalmente o precioſo, e celeſtial fructo deſte Santiſſimo Sacrificio. Exhortem tambem o meſmo Po-

teran. Cap. *Quoniam*, extra de officio Judicis ordinar. *Leges Eccleſiaſt.* (Gallicanæ) tom. 2. pag. 117. Sum. 4.

Moneant etiam eumdem populum, ut frequenter (1) *ad suas* Parochias, *saltem diebus Dominicis, & majoribus festis accedant. Hæc igitur omnia, quæ summatim enumerata sunt, omnibus locorum Ordinariis ita propouuntur, ut non solum ea ipsa, sed quæcumque alia huc pertinere visa fuerint, ipsi pro data sibi a sacrosancta Synodo potestate, ac etiam, ut Delegati Sedis Apostolicæ, prohibeant, mandent, corrigant, statuant, atque ad ea inviolate servanda Censuris Ecclesiasticis, aliisque pœnis, quæ illorum arbitrio constituentur, fidelem populum compellant: non obstantibus privilegiis, exemptionibus, appellationibus, ac consuetudinibus quibuscumque.*

DECRETUM DE REFORMATIONE.

EAdem Sacrosancta, Œcumenica, & Generalis Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, ut Reformationis negotium prosequatur, hæc in præsenti Sessione statuenda censuit.

CA-

(1) Cap. 2. *de Paroch.* Concil. Agath. c. 21. & 63. Communione privabatur laicus tres dies Dominicos a conventu absens. Concil. Sard. Can. 14.

an-

vo, á que nos Domingos, e Feſtas maiores concorra (1) com frequencia ás ſuas Parochias. Todas eſtas couſas pois referidas em ſumma, ſe propoem a todos os Ordinarios dos lugares em fórma, que naõ ſó eſtas, mas todas as mais que pertencerem a eſta claſſe, com o poder que lhes dá o ſacroſanto Concilio, e como Delegados da Sé Apoſtolica, as prohibaõ, mandem, corrijaõ, eſtabeleçaõ, e obriguem o Povo fiel a que as obſerve inviolavelmente, com Cenſuras Eccleſiaſticas, e outras penas a ſeu arbitrio; ſem obſtarem privilegios, iſenções, appellações, e quaesquer coſtumes.

DECRETO DA REFORMA.

O Meſmo Sacroſanto, Ecumenico, e Geral Concilio Tridentino legitimamente congregado, com aſſiſtencia do Eſpirito Santo, preſidindo nelle os meſmos Legados da Sé Apoſtolica, para proſeguir o negocio da Reforma; julgou ſe devia eſtabelecer o ſeguinte, na preſente Seſſaõ.

(1) an. 347. Concil. Eliberit. c. 21. an. 305. Nannet. Can. 1. tom. 9. Concil. p. 468. Conc. Truſ. an. 692. Can. 20. Clerus Gallic. 1645. 1700.

CAPUT I.

Canones de vita, & honestate Clericorum innovantur.

NIhil est, quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum assidue instruat, quam (1) *eorum vita, &* (2) *exemplum, qui se Divino Ministerio dedicarunt. Cum enim a rebus sæculi in altiorem sublati locum conspiciantur, in eos, tanquam* (3) *in speculum, reliqui oculos conjiciunt, ex iisque sumunt, quod imitentur. Quapropter sic decet omnino Clericos, in sortem Domini vocatos, vitam, moresque suos omnes componere,* (4) *ut habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus, nil, nisi grave, moderatum, ac religione plenum præ se ferant; levia etiam delicta, quæ in ipsis maxima essent, effugiant; ut eorum actiones cunctis afferant venerationem. Cum igitur, quo majore in Ecclesia Dei & utilitate, & ornamento hæc sunt, ita etiam diligentius sint observanda, statuit San-*

(1) Infra Sess. ult. *de Reform.* c. 1. (2) *His igitur.* Dist. 23. (3) *Matth.* 5 : 13. *Tit.* 2 : 7. C. *Qualiter.* 17. *de accusat.* C. *Clericos.* Dist. 21. (4) Sess. 14. in proœmio, & Sess. 24. cap. 12. *de Reformat.* tot. tit. *de vita, & hon. Clericor.* extra in 6. Clem. C. *Non oportet*, in 2. *de Consecr.* Dist. 5. C. *Canonum*,

CAPITULO I.

Renovaõ-se os Canones da vida, e honestidade dos Clerigos.

NAõ ha cousa, que assim instrua os proximos, continuamente na piedade, e culto de Deos, como (1) a vida, e (2) exemplo daquelles, que se dedicáraõ ao Culto Divino. Porque como os vem levantados a huma classe superior a todas as cousas do seculo, todos poem nelles os olhos, como (3) em espelho, e delles tomaõ o que haõ de imitar. Por tanto convém, que os Clerigos chamados para a sorte do Senhor ordenem a sua vida, e costumes de modo, que em seu (4) vestido, gesto, andar, práticas, e em tudo o mais, nada appareça que naõ mostre gravidade, moderaçaõ, e esteja cheio de Religiaõ: evitando ainda as culpas leves, que nelles seriaõ graves, para que as suas acçõés causem veneraçaõ a todos. Como pois estas cousas tanto saõ de maior utilidade, e adorno na Igreja de Deos, quanto se devem observar com maior diligencia; determina

---

num, 14. q. 4. C. *Credo*, 21. q. 3. Concil. Carthag. III. c. 15. Concil. Chalced. Can. 3. Concil. Arelat. II. c. 14. Concil. Matisconense I. Can. 5. Nicæn. II. cap. 16. Carthag. IV. c. 44. & seq.

ſancta Synodus, ut quæ aliàs a Summis Pontificibus, & a ſacris Conciliis de Clericorum vita, honeſtate, cultu, doctrinaque retinenda, ac ſimul de luxu, commeſſationibus, (1) *choreis, aleis, luſibus,* (2) *ac quibuscumque criminibus, nec non ſæcularibus negotiis fugiendis copioſe, ac ſalubriter ſancita fuerunt, eadem in poſterum iiſdem pœnis, vel majoribus, arbitrio Ordinarii imponendis, obſerventur; nec appellatio executionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet, ſuſpendat. Si qua vero ex his in deſuetudinem abiiſſe compererint, ea quamprimum in uſum revocari, & ab omnibus accurate cuſtodiri ſtudeant: non obſtantibus conſuetudinibus quibuscumque, ne ſubditorum neglectæ emendationis ipſi condignas, Deo vindice, pœnas perſolvant.*

CA-

(1) Concil. Carth. III. an. 397. Can. 27. *Ut Clerici edendi, vel bibendi cauſa tabernas non ingrediantur, niſi peregrinationis neceſſitate compulſi.* C. Medio. Burdig. an. 1581. *tit. de vita, & morib. Clericor.* (2) Canon. Apoſt. Can. 41. 42. Concil. Later. ſub

mina o ſanto Concilio, que tudo aquillo, que copioſa, e ſaudavelmente eſtabelecêraõ os Summos Pontifices, e ſagrados Concilios, ſobre a vida, e honeſtidade dos Clerigos, ſobre o conſervar o culto, e doutrina: e tambem âcerca do luxo, banquetes, (1) danças, jogos, (2) divertimentos, e quaesquer crimes, e negocios ſeculares, que ſe devem evitar; tudo ſe obſerve para o diante, debaixo das meſmas penas, e ainda maiores, a arbitrio do Ordinario. E ſe acharem, que algum deſtes pontos naõ eſtá em uſo, procurem ſem demora que ſe pratique, e o obſervem todos cuidadoſamente: naõ obſtando quaesquer coſtumes, para que Deos naõ caſtigue nelles com dignas penas a falta de emenda dos ſubditos.

CA-

ſub Innoc. III. Concil. Burdigal. an. 1583. Senon. an. 1528. *Nec ſolum eos ludere vetamus, ſed ludorum ſpectatores eſſe nolumus.* Concil. Mediolan. I. an. 1565. Ordinat. Henr. III. 1577. Ludovici XIII. an. 1611. & 1629. Vide de la Mare. *Traité de la Police.* l. 3. tit. 4.

CAPUT II.

Quinam ad Cathedrales Ecclesias assumendi.

QUicumque posthac ad Ecclesias Cathedrales erit assumendus, is non solum natalibus, ætate, moribus, & vita, ac aliis, quæ a Sacris (1) *Canonibus requiruntur, plene sit præditus, verum etiam in sacro Ordine antea, saltem sex mensium spatio, constitutus; quarum rerum instructio, si ejus notitia nulla, aut recens in Curia fuerit, a Sedis Apostolicæ Legatis, seu Nuntiis Provinciarum, aut ejus Ordinario, eoque deficiente, a vicinioribus Ordinariis sumatur. Scientia vero præter hæc ejusmodi polleat, ut muneris sibi injungendi necessitati possit satisfacere; idcoque antea in* (2) *Universitate studiorum Magister, sive Doctor, aut Licentiatus in sacra Theologia, vel jure Canonico merito sit promotus, aut publico alicujus Academiæ testimonio idoneus ad alios docendos ostendatur. Quod si Regularis fuerit, a Su-*

(1) C. *Cum in cunctis.* C. *Cum nobis, de elect.* C. *Grave nimis, de præb.* & infra. Sess. 24. cap. 1. *de Reformat.* Concil. Sardicens. cap. 13. Concil. Roman. sub Nicolao I. vers. *Ut nullus Laicus.* Concil. Brachar. I. cap. 20. C. *Syracusanæ.* 28. Dist.

Et

CAPITULO II.

Quaes devaõ ser assumidos ás Igrejas Cathedraes.

TOdo aquelle, que daqui em diante houver de ser assumido a Igrejas Carhedraes, deve ser plenamente dotado, naõ só de nascimento, idade, costumes, vida, e do mais que requerem os (1) sagrados Canones, mas tambem ter tomado Ordens Sacras seis mezes antes; e se elle naõ for conhecido na Corte de Roma, ou o for de pouco tempo, tomaráõ a informaçaõ de todas estas cousas os Legados da Sé Apostolica, os Nuncios das Provincias, ou o Ordinario do lugar; e na sua falta os Ordinarios mais visinhos. Além disto terá capacidade tal, que possa satisfazer ás obrigações, para que he destinado; pelo que convém, que tenha estado em alguma (2) Universidade, obtido o gráo de Mestre, Doutor, ou Licenciado na sagrada Theologia, e em Direito Canonico; ou que por testemunho público de alguma Academia seja declarado capaz de instruir os outros. E se for Regular, terá semelhante testemunho dos Su-

Et 61. Dist. per totam. Supra Sess. 7. cap. 1. *de Reformat.* (2) Vide Constitutionem Pii V. *Quamvis.* 1568.

Superioribus suæ Religionis similem fidem habeat. Prædicti autem omnes, unde institutio, seu testificatio erit sumenda, hæc fideliter, & gratis referre teneantur: alioquin eorum conscientias graviter onerates esse sciant; ac Deum, & Superiores suos habebunt ultores.

CAPUT III.

Creandæ distributiones quotidianæ ex tertia parte quorumcumque fructuum. Portio absentium quibus cedat: certi casus excepti.

EPiscopi, etiam tanquam Delegati Apostolici, ex fructibus, & proventibus quibuscumque omnium dignitatum, personatuum, & officiorum, in Ecclesiis Cathedralibus, vel Collegiatis existentium, (1) *tertiam partem in distributiones, eorum arbitrio assignandas, dividere possint; ut scilicet, qui eas obtinent, si personaliter competens sibi servitium, juxta formam ab eisdem Episcopis præscribendam, quolibet die statuto non impleverint, illius diei distributionem amittant, nec ejus quoquo modo dominium acquirant, sed fabricæ Ecclesiæ, quatenus indigeat, aut alteri pio loco, arbitrio Ordinarii, applicetur.* (2) *Cres-*

(1) Supra, Sess. 21. *de Reformat.* cap. 3. (2) Toto tit. *de Cler. non resid.* C. *Cum ex eo, de elect.* in 6.

Superiores da ſua Ordem. Todos aquelles de quem ſe tomar informaçaõ, ou teſtificaçaõ, eſtaraõ obrigados a dalla com fidelidade, e de graça; de outro modo ſaibaõ que gravaráõ ſuas conſciencias, e que ſeráõ por Deos, e pelos ſeus Superiores caſtigados.

CAPITULO III.

Eſtabelecem-ſe as diſtribuições quotidianas, cujo fundo ſe tomará da terceira parte de quaesquer fructos. A quem ſe ha de entregar a parte dos auſentes. Exceptuaõ-ſe certos caſos.

POſſaõ tambem os Biſpos, como Delegados Apoſtolicos, de quaesquer fructos, e rendas de todas as Dignidades, Perſonados, e Officios, que ſe acharem nas Igrejas Cathedraes, ou Collegiadas, converter em diſtribuições (1) a terceira parte, que repartiráõ a ſeu arbitrio: de ſorte que os que as haveriaõ receber, ſe faltarem ao ſerviço, a que eſtaõ obrigados, em cada hum dos dias, conforme o regulamento, que o Biſpo lhes preſcrever, perca a diſtribuiçaõ deſſe dia; nem adquiraõ em modo algum propriedade; mas o Biſpo a ſeu arbitrio applicará a dita porçaõ á fabrica da Igreja, ſe o neceſſitar, ou a outro lugar pio. Continuando em (2) faltar, procedaõ contra elles ſe-

Crescente vero contumacia, contra eos juxta sacrorum Canonum constitutiones procedant. Quod si alicui ex prædictis dignitatibus in Ecclesiis Cathedralibus, vel Collegiatis de jure, seu consuetudine jurisdictio, administratio, vel officium non competat, sed extra Civitatem in Diœcesi (1) cura animarum immineat, cui is, qui dignitatem obtinet, incumbere voluerit; tunc pro tempore, quo in curata Ecclesia residerit, ac ministraverit, tanquam præsens sit, ac divinis interfit, in Ecclesiis Cathedralibus, ac Collegiatis habeatur. Hæc in iis tantum Ecclesiis constituta intelligantur, in quibus nulla est consuetudo, vel statutum, ut dictæ dignitates non servientes aliquid amittant, quod ad tertiam partem dictorum fructuum, & proventuum ascendat; non obstantibus consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus, & constitutionibus, etiam juramento, & quavis auctoritate firmatis.

CA-

(1) Vide Constitut. 65. Pii V. Cupientes, 1568.

ſegundo as Conſtituiçõe dos ſagrados Canones. E ſe alguma das ſobreditas Dignidades por direito, ou coſtume, naõ tiver jurisdicçaõ, adminiſtraçaõ, ou officio nas ſobreditas Igrejas Cathedraes, ou Collegiadas, mas o encargo de Cura de almas (1) na Dioceſe fóra da Cidade; das quaes queira cuidar todo o tempo que eſte reſidir, e miniſtrar na Igreja Curada, ſe repute, como ſe aſſiſtiſſe preſente nas Igrejas Cathedraes, ou Collegiadas aos Officios Divinos. Iſto ſe entenda eſtabelecido ſómente para aquellas Igrejas, em que naõ ha coſtume, ou eſtatuto algum, para que as ditas Dignidades que naõ ſervem, percaõ alguma couſa, que chegue á terceira parte dos ditos fructos, e rendas; naõ obſtando coſtumes, ainda immemoriaes, iſenções, e Conſtituições, ainda firmados com juramento, e com qualquer authoridade.

CA-

CAPUT IV.

In quacumque Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia, Majoribus necdum initiati vocem in Capitulo non habeant. Quid præstare teneantur ad eos promoti; quive deinceps promovendi.

QUicumque in Cathedrali, vel Collegiata, Sæculari, vel Regulari Ecclesia divinis mancipatus officiis in Subdiaconatus Ordine saltem constitutus non sit, vocem in hujusmodi Ecclesiis in Capitulo non habeat, etiamsi hoc sibi ab aliis libere fuerit concessum. (1) *Ii vero, qui Dignitates, Personatus, Officia, Præbendas, Portiones, ac quælibet alia Beneficia in dictis Ecclesiis obtinent, aut in posterum obtinebunt, quibus onera varia sunt annexa, videlicet, ut alii Missas, alii Evangelium, alii Epistolas dicant, seu cantent, quocumque ii privilegio, exemptione, prærogativa, generis nobilitate sint insigniti, teneantur, justo impedimento cessante,* (2) *infra annum Ordines suscipere requisitos: alioquin pœnas incurrant, juxta Con-*

(1) Clem. V. *Ut ii, de ætate, & qualitate, & ordine præficiend.* Leges Ecclesiast. (Gallican.) tom. 1. pag. 226. Summ. 1. Ordin. de Blois. (2) Juxta

CAPITULO IV.

Devem ter alguma Ordem Sacra, para ter voz em Capitulo, nas Igrejas Cathedraes, e Collegiadas; e que cada hum dos promovidos deve exercer a funçaõ annexa ao seu cargo; e prescreve-se quaes devaõ para o futuro ser promovidos.

TOdo aquelle, que for addicto aos Officios Divinos em huma Igreja Cathedral, ou Collegiada, Secular, ou Regular, sem ter ao menos a Ordem de Subdiacono, naõ terá voz em Capitulo nas ditas Igrejas, ainda que os outros lho cedaõ de sua livre vontade. E quanto (1) aos que tem, ou houverem de ter Dignidades, Personados, Officios, Prebendas, Porçoẽs, ou quaesquer outros Beneficios nas ditas Igrejas, a que estaõ annexas varias obrigaçoẽs; como a hum de dizer, ou cantar as Missas, a outros o Evangelho, a outros as Epistolas, qualquer que seja o seu privilegio, isençaõ, prerogativa, ou nobreza de geraçaõ, com que estejaõ adornados, sejaõ obrigados, naõ havendo justo impedimento, dentro de hum (2) anno a receber as Ordens, que requer o seu Ministerio: de outro modo incorraõ nas penas da Con-

---

ta C. *Præterea*, cum glos. *de ætat, & qualit.* C. *Sit de Inst.* in 6.

Constitutionem Concilii Viennensis, (1) *quæ incipit: Ut ii, qui, quam præsenti Decreto innovat. Cogantque Episcopi eos diebus statutis dictos Ordines per seipsos* (2) *exercere, ac cætera omnia officia, quæ debent in cultu Divino præstare, sub eisdem, & aliis, etiam gravioribus pœnis, arbitrio eorum imponendis. Nec aliis in posterum fiat provisio, nisi iis, qui jam ætatem, & cæteras habilitates integre habere dignoscantur; aliter irrita sit provisio.*

CAPUT V.

Committantur Episcopo Dispensationes extra Curiam, & ab eo examinentur.

Dispensationes, quacumque auctoritate concedendæ, si extra Romanam Curiam committantur Ordinariis illorum, qui eas impetraverint; eæ vero, quæ gratiose concederentur, suum non sortiantur effectum, nisi prius ab eisdem, tanquam Delegatis Apostolicis, summarie tantum, & extrajudicialiter cognoscatur, expressas preces subreptionis, vel obreptionis vitio non subjacere.

CA-

(1) Vide infra XXIII. (2) Infra Sess. 24. cap. 11. *de Reform.*

Conſtituiçaõ do Concilio Viennenſe, que começa: (1) *Ut ii qui*, a qual renova pelo preſente Decreto. E os Biſpos os obriguem a exercer por ſi meſmos (2) as ditas Ordens, e a ſatisfazer todas as mais funções do Serviço Divino, a que eſtaõ obrigados, debaixo das meſmas penas, e outras ainda maiores, que lhes imporáõ a ſeu arbitrio. Nem daqui em diante ſe faça o provimento em outros, ſenaõ naquelles, que for notorio terem inteiramente a idade, e qualidade neceſſarias; de outro modo ſerá nulla a proviſaõ.

CAPITULO V.

As diſpenſas, que devem ſer expedidas fóra da Curia de Roma, ſó ſejaõ cõmettidas ao Biſpo, e por elle examinadas de graça.

AS diſpenſas, que ſe houverem de conceder com qualquer authoridade, ſe houverem de ſer commettidas fóra da Curia Romana, ſejaõ commettidas aos Ordinarios daquelles, que as impetrarem; e as que ſe concederem gratuitamente, naõ ſortiráõ o ſeu effeito, ſem ſerem primeiro reconhecidas ſómente ſummaria, e extrajudicialmente pelos meſmos Ordinarios, como Delegados Apoſtolicos; onde naõ ha termos de requerimentos, e ſupplicas, nem ſubrepçaõ, e obrepçaõ.

CAPUT VI.

Circumspectè commutandæ ultimæ voluntates. (1)

IN commutationibus ultimarum voluntatum, (2) *quæ non nisi ex justa, & necessaria causa fieri debent, Episcopi, tanquam Delegati Sedis Apostolicæ, summarie, & extrajudicialiter cognoscant, nihil in precibus, tacita veritate, vel suggesta falsitate, fuisse narratum, priusquam commutationes prædictæ executioni demandentur.*

CAPUT VII.

Innovatur Capitulum *Romana*, de Appellationibus in 6. (3)

LEgati, & Nuntii Apostolici, Patriarchæ, Primates, & Metropolitani in Appellationibus ad eos interpositis, in quibuscvis causis, tam in admittendis Appellationibus, quam in concedendis inhibitionibus, post Appellationem servare teneantur formam, & tenorem Sacrarum Constitutionum, & præsertim

(1) Memor. Cleri Gallic. tom. 2. pag. 320. *Non recipitur in Gallia.* Hotm. Libertat Eccles. Gallic. pag. 290. (2) Infra Sess. ult. cap. 4. *de Reformat.*

(3)

CAPITULO VI.

As ultimas vontades ſe haõ de commutar com circumſpecçaõ. (1)

NAs commutações das ultimas vontades, (2) que ſe naõ devem fazer, ſenaõ por cauſa juſta, e neceſſaria, reconheçaõ os Biſpos ſummaria, e extrajudicialmente, como Delegados da Sé Apoſtolica, antes que as ditas commutações ſe ponhaõ em execuçaõ, que nas ſúpplicas ſe naõ occultou verdade alguma neceſſaria de ſaber-ſe, nem ſe referio couſa falſa.

CAPITULO VII.

Renova-ſe o Capitulo Romana, *de Appellationibus in 6.* (3)

OS Legados, e Nuncios Apoſtolicos, os Patriarchas, Primazes, e Metropolitanos, nas Appellações, que forem interpoſtas perante elles, em quaesquer cauſas, aſſim de admittir Appellações, como de conceder inhibições depois da Appellaçaõ; eſtaraõ obrigados a guardar a fórma, e theor das Sagradas Conſtituições, princi-

(3) Recipitur in Gallia. Fevret. lib. 9. cap. 1. num. 3.

tim (1) *Innocentii IV. quæ incipit*: Romana; *quacumque consuetudine, etiam immemorabili, aut stilo, vel privilegio in contrarium non obstantibus; aliter inhibitiones, & proecessus, & inde secuta quæcumque, sint ipso jure nulla.*

CAPUT VIII.

Pias omnium dispositiones exequantur (2) Episcopi: quæcumque pia loca visitent, dummodo non sint sub immediata Regum protectione.

Episcopi (3) *etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegati, in casibus a jure concessis, omnium piarum dispositionum tam in ultima voluntate, quam inter vivos, sint executores; & habeant jus visitandi Hospitalia, Collegia quæcumque, ac* (4) *Confraternitates laicorum, etiam quas scholas, sive quocumque alio nomine vocant; non tamen quæ sub Regum immediata protectione sunt, sine eorum licentia: eleemosynas Montis Pietatis,*

---

(1) In Conc. Lugdun. Vid. infr. XXIV. (2) Non recipitur in Gallia. Hotman. *Labert. Eccles. Gallic.* pag. 290. Mem. Cleri. tom. 2. pag. 320. (3) Clement.

palmente a de (1) Innocencio IV., que começa: *Romana*, ſem obſtar qualquer coſtume, ainda immemorial, ou eſtilo, ou privilegio em contrario. De outro modo as inhibições, e proceſſos, e tudo o que ſe lhes ſeguir, ſerá *ipſo jure* nullo.

CAPITULO VIII.

Os Biſpos devem ſer os executores de toda a ſorte de diſpoſições pias; viſitar os Hoſpitaes, com tanto que naõ eſtejaõ debaixo da immediata protecçaõ dos Reis. (2)

OS (3) Biſpos tambem, como Delegados da Sé Apoſtolica, nos caſos concedidos por direito, ſejaõ executores de todas as diſpoſições pias, tanto na ultima vontade, como entre vivos. Teraõ tambem direito de viſitar os Hoſpitaes, e quaesquer Collegios, e (4) Confraternidades de Seculares, ainda aquellas, que ſe chamaõ Eſcolas, ou ſe lhes dè qualquer outro nome; excepto aquellas, que eſtaõ debaixo da protecçaõ immediata dos Reis, ſem licença ſua. Em fim em ra-

---

ment. *Quia contigit, de religioſis domib.* (4) Vide Conſtitut. Clem. VIII. *Quæcumque.* 1604.

tatis, sive charitatis, & pia loca omnia, quomodocumque nuncupentur, etiamsi prædictorum locorum cura ad laicos pertineat, atque eadem pia loca exemptionis privilegio sint munita; ac omnia, quæ ad Dei cultum, aut animarum salutem, seu pauperes sustentandos instituta sunt, ipsi ex officio suo, (1) juxta Sacrorum Canonum statuta, cognoscant, & exequantur; non obstantibus quacumque consuetudine, etiam immemorabili, privilegio, aut statuto.

CAPUT IX.

Quorumcumque locorum piorum Administratores rationem reddant Ordinario, nisi aliter in fundatione sit cautum.

ADministratores, tam Ecclesiastici, quam laici fabricæ cujusvis Ecclesiæ, etiam Cathedralis, (2) Hospitalis, Confraternitatis, Eleemosynæ Montis Pietatis, & (3) quorumcumque piorum locorum, singulis annis teneantur reddere rationem administrationis Ordinario, consuetudinibus, & privilegiis quibuscumque in contrarium sublatis; nisi secus forte in institutione, & ordinatione talis Ec-

(1) C. *Nos quidem.* C. *Si hæredes.* C. *Tua.* C. *Joannes, de testam.* (2) Supra Sess. 7. cap. ult. *de Reformat.* (3) Clement. *Quia contigit.* §. *Ut autem per-*

razaõ do (1) seu officio, conforme as Constituições dos Sagrados Canones, tomem conhecimento, e procurem se ponha em execuçaõ tudo o tocante ás esmolas dos Montes de piedade, e de caridade, todos os lugares pios, qualquer que seja a sua denominaçaõ, ainda os defendidos com o privilegio de isentos; e todos os que foraõ instituidos para o culto de Deos, salvaçaõ das almas, ou sustentar os pobres; naõ obstando costume algum, ainda immemorial, privilegio, ou estatuto.

CAPITULO IX.

Os Administradores de quaesquer lugares pios, devem dar conta ao Ordinario, &c.

OS Administradores, tanto Ecclesiasticos, como Seculares, da fábrica de qualquer Igreja, ainda Cathedral, e dos (2) Hospitaes, Confraternidades, das esmolas dos Montes de piedade, e (3) quaesquer lugares pios, estejaõ obrigados em cada anno a dar conta ao Ordinario da sua administraçaõ, tirados quaesquer costumes, e privilegios em contrario; salvo se no estabelecimento, e regulamento de alguma Igreja se orde-

---

permissa, de relig. domib. Infra Sess. 25. cap. 8. *de Reformat.*

Ecclesiæ, seu fabricæ expresse cautum esset. Quod si ex consuetudine, aut privilegio, aut ex Constitutione aliqua loci, aliis ad id deputatis ratio reddenda esset, tunc cum iis adhibeatur etiam Ordinarius; & aliter factæ liberationes dictis administratoribus minime suffragentur.

CAPUT X.

Notarii Episcoporum examini, & judicio subjaceant. (1)

CUm ex Notariorum imperitia plurima damna, & multarum occasio litium oriatur; possit Episcopus quoscumque Notarios, etiamsi Apostolica, Imperiali, aut Regia auctoritate creati fuerint, etiam tanquam Delegatus Sedis Apostolicæ, examinatione adhibita, eorum sufficientiam scrutari; illisque non idoneis repertis, aut quandocumque in officio delinquentibus, officii ejus in negotiis, litibus, & causis Ecclesiasticis, ac spiritualibus exercendi usum perpetuo, aut ad tempus prohibere; neque eorum appellatio interdictionem Ordinarii suspendat.

CA-

(1) Rejictur in Gall. tom. 32. Hist. Ecclesiast. pag. 552. Memoriæ Cleri. tom. 2. pag. 320. Hist. Ecclesiast. tom. 36. lib. 180. pag. 479.

ordenou em termos expreſſos o contrario. E ſe por coſtume, ou privilegio, ou regulamento do lugar ſe houver de dar conta a outros deputados para iſto, neſte número entrará tambem o Biſpo; de outro modo as quitações, que ſe derem aos ditos Adminiſtradores, ſeraõ nullas.

CAPITULO X.

Os Biſpos poderáõ examinar os Notarios. (1)

COmo da impericia dos Notarios naſcem muitos damnos, e he occaſiaõ de muitos litigios, poderá o Biſpo, como Delegado da Sé Apoſtolica, por meio de exame averiguar a ſufficiencia de quaesquer Notarios, ainda que foſſem creados com Authoridade Apoſtolica, Imperial, ou Real; e ſe os naõ achar idoneos, ou de algum modo delinquentes, os poderá ſuſpender do exercicio do ſeu officio nos negocios legitimos, e cauſas Eccleſiaſticas, e eſpirituaes, ou perpetuamente, ou por tempo; nem a ſua appellaçaõ ſuſpenderá a prohibiçaõ do Ordinario.

CA-

CAPUT XI.

Bonorum cujuscumque Ecclesiæ, aut pii loci occupatores puniuntur.

SI (1) *quem Clericorum, vel Laicorum, quacumque is dignitate, etiam Imperiali, aut Regali præfulgeat, in tantum malorum* (2) *omnium radix cupiditas occupaverit, ut alicujus Ecclesiæ, seu cujusvis Sæcularis, vel Regularis Beneficii, Montium Pietatis, aliorumque piorum locorum jurisdictiones, bona, census, ac jura etiam feudalia, & emphyteutica, fructus, emolumenta, seu quascumque obventiones, quæ in ministrorum, & pauperum necessitates converti debent, per se, vel alios, vi, vel timore incusso, seu etiam per suppositas personas Clericorum, aut Laicorum, seu quacumque arte, aut quocumque quæsito colore, in proprios usus convertere, illosque usurpare præsumpserit, seu impedire; ne ab iis, ad quos jure pertinent, percipiantur; is* (3) *anathemati tamdiu subiaceat, quam-*

(1) Concil. V. Aurelian. c. 13. & seqq. Concil. Triburiens. I. c. 7. Concil. Aurel. III. c. 17. Conc. Turon. II. c. 25. Concil. Maguntiense, sub Leone IV. cap. 6. & 11. Concil. Aquisgranense, sub Stephano V. c. 88. Concil. Lateran. sub Leone IV. c. 6. & 11. Concil. Aquisgranense, sub Stephano V.

c.

CAPITULO XI.

Das penas dos que usurpaõ, ou retem os bens da Igreja.

SE algum (1) Ecclesiastico, ou Leigo, de qualquer dignidade que seja, ainda que seja Imperador, ou Rei, tiver seu coraçaõ taõ cheio de avareza, que he a raiz (2) de todos os males, que se atreva a converter em seu proprio uso, e usurpar para si mesmo, ou para outrem, por força, ou por ameaços, e ainda por meio de interpostas pessoas, Ecclesiasticas, ou Seculares, com qualquer arte, ou sob qualquer pretexto, e côr que possa ser, as jurisdicções, bens, censos, direitos, ainda feudaes, e emphyteuticos, os fructos, emolumentos, e quaesquer rendas, que sejaõ de alguma Igreja; ou qualquer Beneficio Secular, ou Regular, Montes de piedade, ou de quaesquer outros lugares de devoçaõ que seja, que devem ser empregados nas necessidades dos pobres, e dos que os servem; ou impedirem pelas mesmas vias, que os ditos bens sejaõ recebidos por aquelles, a quem de direito pertencem; fique sujeito (3) a anathema,

---

c. 88. Concil. Lateran. sub Leone X. Sess. 9. & 10. C. *Prædia*, cum seq. 12. q. 2. (2) I. *Ad Timoth.* 6: 10. (3) Vide Bullam Cœnæ, clausula 17.

quamdiu jurisdictiones, bona, res, jura, fructus, & redditus, quos occupaverit, vel qui ad eum quomodocumque, etiam ex donatione suppositæ personæ, pervenerint, Ecclesiæ, ejusque Administratori, sive Beneficiato, integre restituerit; ac deinde a Romano Pontifice absolutionem obtinuerit. Quod si ejusdem Ecclesiæ patronus fuerit, etiam jure patronatus, ultra prædictas pœnas, eo ipso privatus existat. Clericus vero, qui nefandæ fraudis, & usurpationis hujusmodi fabricator, seu consentiens fuerit, eisdem pœnis subjaceat; nec non quibuscumque Beneficiis privatus sit, & ad quæcumque alia Beneficia inhabilis efficiatur; & a suorum Ordinum executione, etiam post integram satisfactionem, & absolutionem, sui Ordinarii arbitrio suspendatur.

Decretum super petitione concessionis Calicis.

INsuper (1) cum eadem sacrosancta Synodus superiori Sessione duos articulos aliàs propositos, & tum noudum discussos, videlicet: An rationes, quibus sancta Catholica Ecclesia adducta fuit, ut communicaret laicos, atque etiam non celebrantes Sacerdotes sub una panis

(1) Supra Sess. 21. Can. 4. Sess. 13. in Decret. prorogat.

thema ; até que elle tenha inteiramente tornado , e reſtituido á Igreja , e a ſeu Adminiſtrador , ou Beneficiado , as ditas jurisdicções , bens , effeitos , direitos , fructos , e rendas , de que ſe tiver apoſſado ; ou que lhe vierem de qualquer modo que ſeja , ainda por doaçaõ de peſſoa ſuppoſta , e que elle tenha obtido a abſolviçaõ do Summo Pontifice. E ſe elle for Padroeiro da dita Igreja , além das ditas penas , ſerá privado della , e do direito do Padroado. E todo o Eccleſiaſtico , que tiver dado conſentimento , e favor a ſemelhantes uſurpações , e emprezas execraveis , ſerá ſujeito ás meſmas penas , privado de todos os Beneficios , inhabilitado para quaesquer outros ; e ainda depois de inteira ſatisfaçaõ , e abſolviçaõ , ſerá ſuſpenſo do exercicio das Ordens , em quanto for vontade do Ordinario.

Decreto ſobre a petiçaõ da conceſſaõ do Caliz.

A Demais (1) o meſmo ſanto Concilio na ultima Seſſaõ , reſervando o examinar , e decidir em outro tempo , quando ſe offereceſſe occaſiaõ , dous artigos propoſtos em outro lugar , que ainda naõ tinhaõ ſido diſcutidos ; a ſaber : Se as razões , com que a ſanta Igreja Catholica ſe induzio a dar a Communhaõ aos Leigos , e Sacerdotes , que naõ celebraõ , ſómente de baixo da eſpecie de

paõ ,

nis ſpecie, ita ſint retinendæ, ut nulla ratione Calicis uſus cuiquam ſit permittendus: & An, ſi honeſtis, & Chriſtianæ charitati conſentaneis rationibus concedendus alicui vel Nationi, vel Regno Calicis uſus videatur, ſub aliquibus conditionibus concedendus ſit, & quænam illæ ſint, in aliud tempus, oblata ſibi occaſione, examinandos, atque definiendos reſervaverit; nunc eorum, pro quibus petitur, ſaluti optime conſultum volens, decrevit, integrum negotium ad Sanctiſſimum Dominum noſtrum eſſe referendum, prout præſenti Decreto refert, qui pro ſua ſingulari prudentia id efficiat, quod utile Reipublicæ Chriſtianæ, & ſalutare petentibus uſum Calicis fore judicaverit.

Indictio futuræ Seſſionis.

INſuper eadem Sacroſancta Tridentina Synodus diem futuræ Seſſionis ad feriam quintam poſt octavam feſtivitatis Omnium Sanctorum, quæ erit die 12 menſis Novembris, indicit; & in ea decernetur de Sacramento Ordinis, & de Sacramento Matrimonii, &c.

Prorogata fuit Seſſio uſque ad diem 15 Julii 1563.

SES-

paõ, ſe devem manter de modo, que a ninguem ſe deve permittir o uſo do Caliz. E ſe por racionaveis cauſas conformes á caridade Chriſtã, ſe poderá conceder a alguma Naçaõ, ou Reino, em algumas circumſtancias; e quaes ſejaõ eſtas. Querendo agora attender á ſalvaçaõ daquelles, para quem ſe pede, tem ordenado, que todo o negocio ſeja remettido, como pelo preſente Decreto o remette a noſſo Santiſſimo Padre; o qual com ſua ſingular prudencia fará o que julgar util á Republica Chriſtã, e ſaudavel aos que requerem eſte uſo do Caliz.

Publicaçaõ da Seſſaõ ſeguinte.

O Meſmo Sacroſanto Concilio Tridentino, publica a Seſſaõ ſeguinte para o dia de Quinta feira depois da Feſta de todos os Santos, que ha de ſer a 12 de Novembro, na qual ſe decidirá ácerca do Sacramento da Ordem, e do Sacramento do Matrimonio, &c.

Foi a Seſſaõ deferida até 15 de Julho do anno de 1563.

SES-

SESSIO XXIII.

Quæ est VII. sub Pio IV. Pont. Max. celebrata die 15 mensis Julii 1563.

Vera, & Catholica doctrina de Sacramento Ordinis ad condemnandos errores nostri temporis, a Sancta Synodo Tridentina decreta, & publicata fuit hac Sessione sub Pio IV. septima.

CAPUT I.

De institutione Sacerdotii novæ Legis.

Sacrificium, & Sacerdotium ita Dei ordinatione conjuncta sunt, (1) ut utrumque in omni lege exstiterit. Cum igitur in novo Testamento Sanctum Eucharistiæ sacrificium visibile ex Domini institutione Catholica acceperit: (2) fateri etiam oportet, in ea novum esse visibile, & externum Sacerdotium, in quod vetus translatum est. Hoc autem ab eodem Domino Salvatore nostro institutum esse, atque Apostolis, eorumque successoribus in Sacerdotio, potestatem traditam con-

(1) S. Cyprian. l. 1. adv. Judæos. I. *Ad Corinth.* 10: 16. *Ad Hebræos.* 13: 10. Vide apud Bellarm. c. 7. SS. Hieron. Ambros. August. (2) *Ad Hebræ.* 7: 12.

SESSAÕ XXIII.

Setima em tempo de Pio IV. Pont. Max. celebrada a 15 de Julho de 1563.

Expoſiçaõ da doutrina verdadeira, e Catholica, pertencente ao Sacramento da Ordem, definida, e publicada pelo ſanto Concilio de Trento em a ſetima Seſſaõ; para condemnaçaõ dos erros dos noſſos tempos.

CAPITULO I.

Da inſtituiçaõ do Sacerdocio da lei Nova.

O Sacrificio, e o Sacerdocio de tal modo ſaõ unidos por determinaçaõ de Deos, que hum, e outro ſe encontraõ (1) em todas as leis. Como pois no novo Teſtamento a Igreja Catholica recebeo por inſtituiçaõ do Senhor o ſanto, e viſivel Sacrificio da Euchariſtia; devemos tambem (2) confeſſar, que nella ha hum novo viſivel, e exterior Sacerdocio, em o qual o antigo ſe transferio. Eſte Sacerdocio, como moſtraõ as Sagradas Letras, e enſinou ſempre a Tradiçaõ da Igreja Catholica, foi inſtituido por noſſo Salvador, o qual deo aos Apoſtolos, e ſeus Succeſſores no Sacerdocio o po-

consecrandi, offerendi, (1) *& ministrandi Corpus, & Sanguinem ejus, nec non & peccata dimittendi, & retinendi, sacræ Litteræ ostendunt, & Catholicæ Ecclesiæ traditio semper docuit.*

CAPUT II.

De septem Ordinibus.

CUm autem Divina res sit tam sancti sacerdotii ministerium, consentaneum fuit, quo dignius, & majori cum veneratione exerceri posset, ut in Ecclesiæ ordinatissima dispositione (2) *plures, & diversi essent ministrorum ordines, qui Sacerdotio ex officio deservirent; ita distributi, ut qui jam Clericali Tonsura insigniti essent, per minores ad majores ascenderent: nam non solum de Sacerdotibus,* (3) *sed & de Diaconis sacræ Litteræ apertam mentionem faciunt, & quæ* (4) *maxime in illorum ordinatione attendenda sunt, gravissimis verbis docent; & ab ipso Ecclesiæ initio sequentium Ordinum nomina, atque*

---

(1) *Matth.* 26: 26. *Marc.* 14: 22. *Luc.* 22: 17. *Joan.* 20. I. *Ad Corinth.* 4: 1. II. *Ad Corinth.* 3: 6. Cap. 5: 20. *Ad Hæbr.* 5: 1. *Ad Rom.* 12: 4. *Ad Ephes.* 4: 11. S. Ignatius epist. ad Trallianos. Cott. pag. 863. Tertul. lib. *de Monog.* c. 12. pag. 533. (2) Infra Can. 2. Cap. 17. *de Reformat.* (3) I. *Ad Tim.* 3:

8.

der de conſagrar, (1) de offerecer, e miniſtrar o ſeu Corpo, e ſeu Sangue, e tambem de remittir, e reter os peccados.

CAPITULO II.

Das ſete Ordens.

COmo pois o miniſterio de hum taõ ſancto Sacerdocio ſeja todo Divino, para elle ſe poder exercitar com a maior veneraçaõ, congruente he, que para bom regulamento da Igreja, taõ ſábia em toda a ſua conducta, houveſſem muitas, e diverſas (2) ordens de Miniſtros, cujo officio foſſe ſervir ao Sacerdocio; e eſtes diſtribuidos de modo, que os que tiveſſem já ſido aſſinalados com a Tonſura Clerical, ſubiſſem pelas Ordens menores ás maiores. Por quanto naõ ſó dos Sacerdotes fazem clara mençaõ as ſagradas Letras, (3) mas dos Diaconos: declarando com palavras (4) de grande conſideraçaõ o que na ſua Ordenaçaõ principalmente deve attender. E deſde o principio da Igreja eſtiveraõ em uſo as Ordens ſeguin-

8. 12. *Act.* 6: 6. Item SS. PP. S. Ignatius epiſt. ad Smyrnæos edit. Cottel. pag. 874. S. Hieron. epiſt. ad Evang. tom. 4. part. 2. pag. 803. Dialog. adv. Luciferian. pag. 303. (4) Septem Ordin. enumerat Cornel. Pontif. elect. an. 251. ep. ad Fabium Antiochen.

atque uniuscujusque eorum propria ministeria, Subdiaconi scilicet, Acolythi, Exorcistæ, Lectoris, & Ostiarii, in usu fuisse cognoscuntur, quamvis non pari gradu: nam Subdiaconatus ad majores Ordines (1) a Patribus, & a (2) sacris Conciliis refertur, in quibus & de aliis inferioribus frequentissime legimus.

CAPUT III.

Ordinem vere esse Sacramentum.

CUm Scripturæ testimonio, Apostolica traditione, & Patrum unanimi consensu perspicuum sit, per sacram ordinationem, quæ verbis, & signis exterioribus perficitur, gratiam conferri; dubitare nemo debet, Ordinem esse vere, & proprie unum ex septem sanctæ Ecclesiæ Sacramentis. Inquit enim Apostolus: (3) Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te, per impositionem manuum mearum. (4) Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis.

CA-

(1) *Actor.* 6: 6. Cap. 13: 3. *Joan.* 20: 22. *Actor.* 13: 2. SS. PP. Ambros. lib. *de dignit. Sacerdot.* c. 5. tom. 2. app. 363. S. August. l. 2. contra Parm. c. 13. tom. 9. pag. 45. S. Ignatius epist. ad Antioch. Tertull. *de Præscript.* 41. cap. 4. S. Cyprian. epist. 55. (2) Concil. Rom. III. sub Sylvest. Eliberit. c. 331.

guintes, e as funções proprias de cada huma: a ſaber, a de Subdiacono, a de Acolyto, a de Exorciſta, a de Leitor, a de Oſtiario; poſto que de differente gráo: porque a de Subdiacono he poſta pelos (1) Padres, e Santos (2) Concilios na claſſe das Ordens maiores, nos quaes ſe falla tambem muitas vezes das outras inferiores.

CAPITULO III.

Que a Ordem he verdadeiro Sacramento.

SEndo manifeſto pelo teſtemunho da Eſcritura, Tradiçaõ Apoſtolica, e unanime conſenſo dos Padres, que pela ſagrada Ordenaçaõ, que ſe executa com palavras, e ſinaes exteriores, ſe confere graça: ninguem deve duvidar, que a Ordem ſeja verdadeira, e propriamente hum dos ſete Sacramentos da ſanta Igreja. O Apoſtolo he quem diz: (3) » Admoeſto-te a que excites a graça, que » eſtá em ti, pela impoſiçaõ das minhas » máos. Pois (4) Deos nos naõ concedeo eſ» pirito de temor, mas de esforço de amor, » e ſobriedade. «

CA-

---

331. Carthag. IV. c. 5. & ſeqq. C. *Nullus*, ult. 60. Diſt. C. *Si quis eorum.* C. *Erubeſcant*, & C. *Nemo.* Diſt. 32. C. *A multis, de æt. & qualit.* C. *Miramur, de ferm. non ord.* (3) II. *Ad Timoth.* 1: 16. I. *Ad Timoth.* 4: 14. (4) II. *Ad Timoth.* 1: 7.

CAPUT IV.

De Ecclesiastica Hierarchia, & Ordinatione.

QUoniam vero in Sacramento (1) *Ordinis, sicut & in Baptismo, & Confirmatione, character imprimitur, qui nec deleri, nec auferri potest, merito sancta Synodus damnat eorum sententiam, qui asserunt, novi Testamenti Sacerdotes temporariam tantummodo potestatem habere, & semel rite ordinatos iterum laicos effici posse, si verbi Dei ministerium non exerceant. Quod si quis omnes Christianos promiscue novi Testamenti Sacerdotes esse, aut omnes pari inter se potestate spirituali præditos affirmet, nihil aliud facere videtur, quam Ecclesiasticam hierarchiam, quæ* (2) *est ut castrorum acies ordinata, confundere: perinde ac si contra B. Pauli* (3) *doctrinam omnes Apostoli, omnes Prophetæ, omnes Evangelistæ, omnes Pastores, omnes sint Doctores. Proinde sacrosancta Synodus declarat, præter cæteros Ecclesiasticos gradus, Episcopos, qui in* (4) *Apostolorum locum successerunt, ad hunc hierarchi-*

---

(1) Supra Sess. 7. *de Sacram. in genere*, Can. 9. & infra Can. 4. Innoc. III. Cap. *Maior.* Eug. IV. S. Pontif. I. *Ad Corinth.* 11: 21. *Ad Ephes.* 1: 13. cap. 4.

CAPITULO IV.

Da Jerarchia Ecclesiastica, e poder de ordenar.

COmo no Sacramento (1) da Ordem, assim como no Baptismo, e Confirmaçaõ se imprime caracter, que se naõ póde extinguir, nem tirar, com razaõ condemna o santo Concilio a sentença daquelles, que affirmaõ, que os Sacerdotes do novo Testamento tem sómente poder temporal; e que depois de huma vez ordenados, pódem outra vez tornar a ser leigos, se naõ exercitarem o ministerio da palavra de Deos. E se alguem affirmar, que todos os Christãos sem distinçaõ saõ Sacerdotes do novo Testamento, ou asseverar, que todos saõ dotados de igual poder espiritual; parece naõ fazer outra cousa, senaõ confundir a Jerarchia Ecclesiastica, que he como hum (2) exercito bem formado: como se contra a doutrina de S. Paulo, (3) todos fossem Apostolos, todos Profetas, todos Evangelistas, todos Pastores, e todos Doutores. Por tanto declara o santo Concilio, que além dos mais gráos Ecclesiasticos, os Bispos que succedêraõ em lugar (4) dos Apostolos, pertencem principalmente a esta ordem je-

4. 30. (2) *Cant.* 6: 39. (3) I. *Ad Corinth.* 12: 29. *Ad Ephes.* 4: 11. C. *Cum ex injuncto, de hæret.* (4) S. Cyprian. l. 1. epist. 9.

rarchicum ordinem præcipue pertinere; & positos, (1) *sicut idem Apostolus ait, a Spiritu Sancto regere Ecclesiam Dei*, (2) *eosque Presbyteris superiores esse, ac* (3) *Sacramentum Confirmationis conferre, Ministros Ecclesiæ ordinare, atque alia pleraque peragere ipsos posse, quarum functionum potestatem reliqui inferioris ordinis nullam habent. Docet insuper Sacrosancta Synodus, in ordinatione Episcoporum, Sacerdotum, & cæterorum Ordinum*, (4) *nec Populi, nec cujusvis Secularis potestatis, & magistratus consensum, sive vocationem, sive auctoritatem ita requiri, ut sine ea irrita sit ordinatio: quin potius decernit, eos, qui tantummodo a Populo, aut Seculari potestate, ac magistratu vocati, & instituti, ad hæc ministeria exercenda ascendunt, & qui ea propria temeritate sibi sumunt, omnes non Ecclesiæ Ministros,* (5) *sed fures, & latrones, per ostium non ingressos, habendos esse. Hæc sunt, quæ generatim sacræ Synodo visum est Christi fideles de Sacramento Ordinis docere. His autem*

(1) *Actor.* 20: 28. *Lucæ.* 11. v. 1. *Actor.* 8: 14. Conc. Nicæn. Arab. Can. 63. Concil. Ardeat. tom. 3. colum. 1004. *Divina gratia ordinata est potestas Episcopalis.* Apud S. Athan. tom. 1. pag. 134. nov. editionis. Morin. l. 5. exercit. 7. pag. 322. S. Ignatius epist. ad Philadelph. Dionys. Eccles. hist. Hierarch. c. 5. S. Iræn. l. 4. adv. hæres. c. 3. S. Epiph. hæ-

jerarchica ; e elles foraõ eſtabelecidos pelo Eſpirito Santo , como diz (1) o Apoſtolo , para governar a Igreja de Deos ; que elles ſaõ ſuperiores (2) aos Presbyteros , conferem o Sacramento (3) da Confirmaçaõ , e ordenaõ Miniſtros da Igreja ; e podem fazer outras muitas funçõeſ , que os outros de ordem inferior naõ pódem exercer.

Enſina mais o Sacroſanto Concilio : que na Ordenaçaõ dos Biſpos , Sacerdotes , e mais Ordens , ſe naõ requer o conſentimento do Povo , (4) nem de qualquer poder , e Magiſtrado ſecular , de modo , que faltando elle , ſeja nulla a Ordenaçaõ : antes eſtabelece , que todos aquelles , que chegarem a exercer eſtes miniſterios , ſendo chamados , e inſtituidos ſó pelo Povo , Poder , e Magiſtrado ſecular , naõ ſaõ Miniſtros (5) da Igreja , mas devem ſer tidos por ſalteadores , e ladrões , que naõ entráraõ pela porta. Iſto he em commum o que pareceo ao ſanto Concilio devia enſinar aos Fiéis , ácerca do Sacramento da Ordem. E o contrario a iſto

o

---

hæreſ. 75. 2. *Quia Epiſcopatus eſt ordo verus , & verum Sacramentum a Presbyteris diſtinctum.* S. Epiph. hær. 75. Iſid. Can. *Cleros.* Diſt. 21. (2) Cœleſt. I. epiſt. ad Ep. Gall. c. 1. (3) Supra Seſſ. 7. *de Confirm.* Can. 3. Concil. Hiſpalenſe II. cap. 5 : 7. & alibi. (4) Concil. Laodicenſe cap. 13. (5) *Joan.* 10: 1. 8. C. *Ordinationes.* 1. q. 1. C. *Relatum de jure patronat.*

tem contraria certis, & propriis Canonibus in hunc, qui sequitur, modum, damnare constituit; ut omnes, adjuvante Christo, fidei regula utentes, in tot errorum tenebris Catholicam veritatem facilius agnoscere, & tenere possint.

De Sacramento Ordinis.

CANON I.

Si quis dixerit, (1) non esse in novo Testamento Sacerdotium visibile, & externum: vel non esse potestatem aliquam consecrandi, & offerendi verum Corpus, & Sanguinem Domini, (2) & peccata remittendi, & retinendi; sed officium tantum, & nudum ministerium prædicandi Evangelium; vel eos, qui non prædicant, prorsus non esse Sacerdotes; anathema sit.

CANON II.

Si quis dixerit, præter Sacerdotium (3) non esse in Ecclesia Catholica alios Ordines, & majores, & minores, per quos, velut per gradus quosdam, in Sacerdotium (4) tenditur; anathema sit.

CA-

---

(1) Supra cap. 1. *de hoc Sacram.* (2) *Matth.* 16: 19. C. *Manet.* cum seq. 24. q. 1. (3) C. *In singulis*, cum seq. Dist. 77. Supra cap. 2. *de hoc Sacram.*

I.

o determinou condemnar, com Canones expreſſos, e determinados pelo modo ſeguinte; para que todos com o favor de Chriſto, valendo-ſe da regra da Fé, poſſaõ facilmente conhecer, e conſervar a verdade da Fé Catholica, no meio das trévas de tantos erros.

Do Sacramento da Ordem.

CANON I.

SE alguem diſſer, que no novo Teſtamento (1) naõ ha Sacerdocio viſivel, e exterior; ou que naõ ha poder algum de conſagrar, e offerecer o verdadeiro Corpo, e Sangue do Senhor, e (2) de remittir, e reter os peccados; mas ſómente hum méro miniſterio de prégar o Evangelho; ou que aquelles que naõ prégaõ, totalmente naõ ſaõ Sacerdotes: ſeja excommungado.

CANON II.

Se alguem diſſer, que além do Sacerdocio (3) naõ ha na Igreja Catholica outras Ordens maiores, e menores, pelas quaes, como por de gráos, ſe (4) chega ao Sacerdocio: ſeja excommungado.

CA-

---

1. *Ad Corinth.* 4: 1. *Ad Hebræos*, 5: 1. 4. *Ad Rom.* 12: 4. *Ad Epheſ.* 4: 11. S. Ignatius epiſt. ad Trallianos. Cott. p. 863. Tert. l. *de Menog.* c. 12. Iſidor. Can. *Cleros.* Diſt. 21. (4) Infra *de Reform.* cap. 13

CANON III.

(1) *Si quis dixerit, Ordinem, sive sacram Ordinationem, non esse vere, & proprie Sacramentum a Christo Domino institutum; vel esse figmentum quoddam humanum excogitatum a viris rerum Ecclesiasticarum imperitis; aut esse tantum ritum quemdam eligendi Ministros verbi Dei, & Sacramentorum; anathema sit.*

CANON IV.

Si quis dixerit, per sacram Ordinationem non dari Spiritum Sanctum, ac proinde frustra Episcopos dicere: Accipe Spiritum Sanctum; aut per eam non imprimi characterem; vel eum, qui Sacerdos semel fuit, (2) laicum rursus fieri posse; anathema sit.

CANON V.

Si quis dixerit, sacram Unctionem, qua Ecclesia in sancta Ordinatione utitur, non tantum non requiri, sed contemnendam, & perniciosam esse; similiter & alias Ordinis cæremonias; anathema sit.

CANON VI.

Si quis dixerit, in Ecclesia Catholica (3) non

---

(1) Supra cap. 1. *de hoc Sacram.* S. Ambr. l. *de dignit. Sacerdot.* c. 5. S. Aug. l. 2. contra Parm. c. 13. loquens de *Baptism. & Ordine.* (2) Concil. Tolet. VIII. cap. 7. (3) *Cornelius Papa epist. enumerat. omnes Ordines nostros, antequam Episcopus ordinetur aliquis, habendos.* Tom. 1. Concil. Ardu. col. 214. *Soli Episcopi jure divino, & virtute suæ Ordinationis*

CANON III.

Se alguem diſſer, (1) que a Ordem, ou ſagrada Ordenaçaõ naõ he verdadeiro, e proprio Sacramento, inſtituido por Chriſto Senhor noſſo; ou que he huma ficçaõ humana, excogitada por ſujeitos ignorantes das couſas Eccleſiaſticas; ou que ſómente he hum certo Rito de eleger Miniſtros da palavra de Deos, e dos Sacramentos: ſeja excommungado.

CANON IV.

Se alguem diſſer, que pela ſagrada Ordenaçaõ ſe naõ dá o Eſpirito Santo; e que aſſim debalde dizem os Biſpos: Recebe o Eſpirito Santo; ou por elle ſe naõ imprime caracter; ou que aquelle, que chegou a ſer Sacerdote, ſe póde outra (2) vez fazer Leigo: ſeja excommungado.

CANON V.

Se alguem diſſer, que a ſagrada Unçaõ, de que a Igreja uſa na Ordenaçaõ, naõ ſó ſe naõ requer, mas ſe deve deſprezar, e he perniciosa, e do meſmo modo as mais ceremonias da Ordem: ſeja excommungado.

CANON VI.

Se alguem diſſer, que na (3) Igreja Catholica

---

tionis ſunt Miniſtri ſacrarum Ordinationum. Act. 6: 6. cap. 14: 22. I. *Ad Timoth.* c. 4: 14. S. Chryſoſt. edit. Commel. pag. 1587. Syn. Alex. an. 319. apud S. Athanaſ. tom. 1. nov. edit. pag. 133. S. Hieronymus epiſt. ad Evangel. 101. aliàs 81.

non esse hierarchiam divina ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, Presbyteris, & Ministris; anathema sit.

CANON VII.

Si quis dixerit, Episcopos non esse Presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi, & ordinandi; vel eam, quam habent, illis esse cum Presbyteris communem; vel Ordines ab ipsis collatos, sine Populi, vel potestatis sæcularis consensu, aut vocatione, irritos esse; aut eos, qui nec ab Ecclesiastica, & Canonica potestate rite ordinati, nec missi sunt, sed aliunde veniunt, legitimos esse verbi, & Sacramentorum Ministros; anathema sit.

CANON VIII.

Si quis dixerit, Episcopos, qui auctoritate Romani Pontificis assumuntur, non esse legitimos, & veros Episcopos, sed figmentum humanum; anathema sit.

DECRETUM DE REFORMATIONE.

EAdem Sacrosancta Tridentina Synodus reformationis materiam prosequens, hæc, quæ sequuntur, in præsenti decernenda esse statuit, & decernit.

CA-

lica naõ ha Jerarchia Eccleſiaſtica, eſtabelecida por ordem de Deos; a qual ſe compoem de Biſpos, Sacerdotes, e Miniſtros: ſeja excommungado.

CANON VII.

Se alguem diſſer, que os Biſpos naõ ſaõ ſuperiores aos Presbyteros, ou que naõ tem poder de confirmar, e ordenar; ou que eſſe, que tem, he commum aos Presbyteros; ou que as Ordens, que elles daõ ſem conſentimento do Povo, ou do poder Secular, ſaõ nullas; ou que aquelles, que naõ ſaõ ordenados pelo Poder Eccleſiaſtico, e Canonico, mas vem de outra parte, ſaõ legitimos Miniſtros da palavra de Deos, e dos Sacramentos: ſeja excommungado.

CANON VIII.

Se alguem diſſer, que os Biſpos, que ſaõ eleitos por authoridade do Romano Pontifice, naõ ſaõ legitimos, e verdadeiros Biſpos, mas fingimento humano: ſeja excommungado.

DECRETO DA REFORMA.

O Meſmo Sacroſanto Concilio Tridentino proſeguindo a materia da reſórma, tem reſolvido ordenar, e ordena preſentemente o ſeguinte.

CA-

CAPUT I.

Rectorum Ecclesiarum in residendo negligentia varie coercetur. Animarum curæ providetur.

CUm (1) *præcepto divino mandatum sit omnibus, quibus* (2) *animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his Sacrificium offerre, verbique divini prædicatione, Sacramentorum administratione, ac* (3) *bonorum omnium operum exemplo pascere, pauperum, aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere, & in cætera munia Pastoralia incumbere; quæ omnia nequaquam ab iis præstari, & impleri possunt, qui gregi suo non invigilant, neque assistunt, sed* (4) *mercenariorum more deserunt: sacrosancta Synodus eos admonet, & hortatur, ut divinorum præceptorum memores, factique* (5) *forma gregis, in Judicio & veritate pascant, & regant. Ne vero ea, quæ de residentia sancte, & utiliter jam* (6) *antea sub felicis recordationis Paulo III. sancita fuerunt, in sen-*

sus

---

(1) *Joan.* 21 : 15. *Actor.* 20 : 28. (2) *Tenentur etiam liberi.* Ex S. Thom. 3. p. quæst. 82. art. 10. lib. 4. Sentent. Dist. 13. q. 1. art. 2. S. Antonin. 3. p. tit. 13. cap. 6. paraphr. 15. Innoc. III. in Concil. IV. Lateran. Concil. Rhemense an. 1583.

Con-

CAPITULO I.

Estabelecem-se varias penas contra os Pastores, que naõ residem. Da-se providencia ao cuidado das almas.

SEndo ordenado por (1) preceito divino a todos os que estaõ encarregados (2) do cuidado das almas, conhecer as suas ovelhas, offerecer por ellas Sacrificio, apascental-las com a prégaçaõ da Palavra Divina, administraçaõ dos Sacramentos, e exemplo de (3) boas obras; e ter cuidado paternal dos pobres, e outras pessoas miseraveis, e applicar-se em todas as mais funções Pastoraes, que naõ podem exercitar, nem cumprir, os que naõ vigiaõ, nem assistem ao seu rebanho, mas a modo de (4) jornaleiros o desampáraõ: o sacrosanto Concilio os avisa, e admoesta, que se lembrem dos Preceitos (5) Divinos, e as apascentem, e governem com prudencia, e verdade. E para que aquillo que foi santa, e utilmente ordenado em tempo de (6) Paulo III. de feliz recordaçaõ, ácerca da residencia, seja torcido para sen-

Tom. II. L

Concil. Tolos. an. 1590. c. 4. n. 1. (3) C. *Ephes.* 4: 12. Dist. 3. C. *Sicut*, q. 7. C. *Qui Episcopatum*, 8. q. 1. C. *Præcipuè*, 11. q. 3. C. *Gloria Episcopi*, 12. q. 2. (4) *Joan.* 10. (5) I. *Petr.* 5: 2. (6) Supra Sess. 6. *de Reformat.* c. 1.

sus a sacrosanctæ Synodi mente alienos trahantur, ac si vigore illius Decreti quinque mensibus continuis abesse liceat; illis inhærendo, declarat sacrosancta Synodus, (1) *omnes Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, ac Cathedralibus Ecclesiis quibuscumque, quocumque nomine, & titulo præfectos, etiam si Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales sint, obligari ad personalem in sua Ecclesia, vel Diœcesi residentiam, ubi injuncto sibi officio defungi teneantur; neque abesse posse, nisi ex causis, & modis infrascriptis.* (2) *Nam cum Christiana charitas, urgens necessitas, debita obedientia, ac evidens Ecclesiæ, vel Reipublicæ utilitas aliquos nonnunquam abesse postulent, & exigant; decernit eadem sacrosancta Synodus, has legitimæ absentiæ causas a Beatiss. Rom. Pont. aut a Metropolitano, vel, eo absente, Suffraganeo Episcopo antiquiori residente, qui idem Metropolitani absentiam probare debebit, in scriptis esse approbandas; nisi cum absentia inciderit propter aliquod munus, & Reipublicæ officium Episcopatibus adjunctum: cujus quoniam causæ sunt notoriæ, & interdum repentinæ, ne eas quidem significari Metropolitano necesse erit: ad eum-*

(1) Vide Bullam Pii IV. an. 1564. *In suprema.*
(2) C. *De cætero.* C. *Inter quatuor.* C. *Tua.* C. *Relatum, de Cleric. non resident.* C. *Ad supplicationem, de*

ſentidos alheios da mente do ſanto Concilio, como ſe por virtude deſte Decreto foſſe permittido eſtar auſente cinco mezes ſeguidos, e continuados: inſiſtindo nelles o ſanto Concilio, declara, (1) que todos os que governaõ quaesquer Igrejas Patriarcaes, Primaciaes, Metropolitanas, qualquer que ſeja a ſua denominaçaõ, ainda que ſejaõ Cardeaes da Santa Igreja Romana, eſtaõ obrigados á reſidencia peſſoal na ſua Igreja, ou Dioceſe; ou devem ſatisfazer ás obrigações do ſeu cargo; nem poderáõ eſtar auſentes, ſenaõ pelas cauſas, e motivos infra ditos. Porque como ſuccede algumas vezes, que os deveres da (2) caridade Chriſtã, a neceſſidade urgente, a devida obediencia, e a evidente utilidade da Igreja, ou da Republica peça, e requeira que alguns eſtejaõ auſentes; determina o meſmo ſacroſanto Concilio, que eſtas cauſas de legitima auſencia ſejaõ approvadas pelo Pontifice Romano, ou pelo Metropolitano, ou na auſencia deſte pelo Suffraganeo mais antigo, que eſtiver nelles lugares, o qual deve provar a auſencia do Metropolitano; excepto quando a auſencia ſucceder por occaſiaõ de algum Emprego, ou Miniſterio da Republica adjuncto aos Biſpados. Porque, como eſtas cauſas ſaõ notorias a todos, e muitas vezes ſobrevem repentinamente, naõ ſerá neceſſario dar parte dellas ao Metropolitano;

de renunt. C. *Quorumdam.* Diſt. 74. C. *Præſentium.* 7. q. 1. C. *Poſtulaſtis, de voto.*

eundem tamen cum Concilio Provinciali spectabit judicare de licentiis a se, vel a Suffraganeo datis, & videre, ne quis eo jure abutatur, & ut pœnis Canonicis errantes puniantur. (1) *Interea meminerint discessuri, ita ovibus suis providendum, ut, quantum fieri poterit, ex ipsorum absentia nullum damnum accipiant. Quoniam autem, qui aliquantisper tantum absunt, ex veterum Canonum sententia, non videntur abesse, quia statim reversuri sunt; sacrosancta Synodus vult, illud absentiæ spatium singulis annis, sive continuum, sive interruptum, extra prædictas causas, nullo pacto debere duos, aut ad summum tres menses excedere, & haberi rationem, ut id æqua ex causa fiat, & absque ullo gregis detrimento: quod an ita sit, abscedentium conscientiæ relinquit, quam sperat religiosam, & timoratam fore,* (2) *cum Deo corda pateant,* (3) *cujus opus non fraudulenter agere suo periculo tenentur. Eosdem interim admonet, & in Domino hortatur,* (4) *ne per illius temporis spatium Dominici Adventus, Quadragesimæ, Nativitatis, Resurrectionis Do-*

(1) C. *Cum ex eo, de elect. in* 6. C. *Beneficium, de Regul. eod.* & Cap. 2. *in fine.* Sup. Sess. 6. *de Reformat.* Concil. Sardic. c. 14. Concil. Rothom. tit. *de Curatorum officiis.* §. 4. (2) *Psalm.* 7 : 10. (3) *Jerem.* 48 : 10. (4) C. *Si quis in Clero.* 7. q. 1. ex Concil. Agath.

que aliàs terá cùidado de julgar com o Concilio Provincial, das permiſsões que elle tiver concedido, e o dito Suffraganeo; e ter ſentido, que ninguem abuſe deſta liberdade; e os que delinquirem, ſejaõ caſtigados com as penas poſtas pelos Canones. Quanto aos que forem obrigados a auſentar-ſe, (1) cuidem em dar tal providencia ao ſeu rebanho antes de o deixar, que, quanto for poſſivel, naõ padeça detrimento algum na ſua auſencia. Mas como os que eſtaõ auſentes ſó por pouco tempo, no ſentido dos antigos Canones naõ ſaõ eſtimados auſentes, porque em continente haõ de voltar; quer o ſanto Concilio, que fóra dos caſos acima notados, eſta auſencia nunca exceda cada anno o eſpaço, ou ſeja continuado, ou interompido, de dous ou tres mezes quando muito; e que iſto naõ ſeja ſenaõ por alguma cauſa racionavel, juſta, e ſem algum detrimento do rebanho: o ſer iſto, ou naõ aſſim, o remette o ſanto Concilio á conſciencia dos que ſe auſentaõ, que eſpera ſeja religioſa, e timorata, pois ſabem que Deos penetra (2) os ſegredos dos corações; e pelo proprio perigo, que elles correm, ſaõ obrigados (3) a cumprir com o ſeu dever ſem fraude. Entre tanto os admoeſta no Senhor; que ſe as ſuas obrigações Epiſcopaes os naõ chamaõ a outro algum lugar da ſua Dioceſe, ſe naõ auſentem nunca da ſua Cathedral, no tempo (4) de Advento, e Quareſmas, e tambem nos dias de Natal, da Reſur-

Domini, Pentecostes, item & Corporis Christi diebus, quibus refici maxime, & in Domino gaudere Pastoris præsentia oves debeant, ipsi ab Ecclesia sua Cathedrali ullo pacto absint, nisi Episcopalia munia in sua Diœcesi eos alio vocent.

Si quis autem (quod utinam nunquam eveniat) contra hujus Decreti dispositionem abfuerit; statuit sacrosancta Synodus, præter aliàs pœnas adversus non residentes sub (1) *Paulo III. impositas, & innovatas, ac mortalis peccati reatum, quem incurrit, eum pro rata temporis absentiæ fructus suos non facere, nec tuta conscientia, alia etiam declaratione non secuta, illos sibi detinere posse; sed teneri, aut ipso cessante, per superiorem Ecclesiasticum illos fabricæ Ecclesiarum, aut pauperibus loci erogare, prohibita quacumque conventione, vel compositione, quæ pro fructibus male perceptis appellatur, ex qua etiam prædicti fructus in totum, aut pro parte ei remitterentur; non obstantibus quibuscumque Privilegiis cuicumque Collegio, aut Fabricæ concessis.*

Eadem omnino, etiam quoad culpam, amissionem fructuum, & pœnas de Curatis inferioribus, (2) *& aliis quibuscumque, qui Beneficium aliquod Ecclesiasticum, curam animarum*

(1) Supra Sess. 6. *de Reform.* c. 1. c. 2. C. *Conquerente, & fere per totum, de Cler. non resid.* (2) Supra Sess. 6. c. 2. *de Reformat.*

ſurreiçaõ de noſſo Senhor, do Pentecoſte, e da feſta do Santiſſimo Sacramento; em cujos dias as ovelhas eſpecialmente ſe devem refazer, e recrear-ſe no Senhor com a preſença do ſeu Paſtor.

E ſe algum (o que praza a Deos nunca ſucceda) ſe auſentar contra a diſpoſiçaõ deſte Decreto; além das penas eſtabelecidas, e renovadas (1) ſob Paulo III. contra os que naõ reſidem, e além do peccado mortal que incorrerá, declara o ſanto Concilio, que naõ adquire a propriedade dos fructos da ſua renda, vencidos durante a ſua auſencia; e que os naõ póde reter em boa conſciencia, ſem que ſeja neceſſaria outra declaraçaõ mais que a preſente; mas que eſtá obrigado a diſtribuillos nas Fábricas das Igrejas, e aos pobres do lugar. E ſe elle faltar a iſto, ſeu Superior Eccleſiaſtico metterá niſto a maõ; prohibida qualquer convençaõ, ou compoſiçaõ, que ſe chama pelos fructos mal percebidos; por cuja convençaõ os ſobreditos fructos ſe lhe remetteriaõ em todo, ou em parte; naõ obſtando quaesquer Privilegios concedidos a qualquer Collegio, ou Fábrica.

Declara o ſanto Concilio, que todas eſtas couſas, pelo que pertence ao peccado, perda dos fructos, e penas, devem ter lugar a reſpeito dos Paſtores (2) inferiores, e de todos os mais, que poſſuem qualquer Beneficio Eccleſiaſtico, que tenha Cura

de

marum habens, obtinent, sacrosancta Synodus declarat, & decernit; (1) ita tamen, ut quandocumque eos, causa prius per Episcopum cognita, & probata, abesse contigerit, Vicarium idoneum, ab ipso Ordinario approbandum, cum debita mercedis assignatione, relinquant. Discedendi autem licentiam in scriptis, gratisque concedendam ultra bimestre tempus, nisi ex gravi causa, non obtineant. Quod si per edictum citati etiam non personaliter, contumaces fuerint, liberum esse vult Ordinariis per Censuras Ecclesiasticas, & sequestrationem, & subtractionem fructuum, aliaque juris remedia, etiam usque ad privationem, compellere; nec executionem hanc, quolibet privilegio, licentia, familiaritate, exemptione, etiam ratione cujuscumque Beneficii, pactione, statuto, etiam juramento, vel quacumque auctoritate confirmato, consuetudine, etiam immemorabili, quæ potius corruptela censenda est, sive appellatione, aut inhibitione etiam in Romana Curia, vel vigore. (2) Eugenianæ Constitutionis suspendi posse. Postremo, tam Decretum illud sub

Pau-

(1) C. *Beneficium*, de Regul. in 6. (2) C. *Divina*, *de privilegiis*, in Extrav. *Comm.*

de almas. De sorte (1) porém, que quando elles se ausentarem por alguma causa, de que o Bispo tenha sido informado, e que elle tiver approvado antes, sejaõ obrigados a pôr em seu lugar hum Vigario capaz, approvado por tal pelo mesmo Ordinario; ao qual assinaráõ hum salario racionavel, e sufficiente. Esta permissaõ de estar ausente lhe será dada por escrito, e gratuitamente; e a naõ poderaõ obter, senaõ pelo espaço de dous mezes, se naõ houver alguma causa importante.

E, se sendo citados por edicto, ainda naõ pessoalmente, se fizerem rebeldes á justiça, quer o santo Concilio seja livre aos Ordinarios constrangellos, e proceder contra elles, com Censuras Ecclesiasticas, por sequestro, e subtracçaõ de fructos, e por outras vias de direito, ainda até a privaçaõ de seus Beneficios, sem que a execuçaõ da presente Ordenaçaõ possa ser suspendida por privilegio algum, permissaõ, direito domestico, nem isençaõ, ainda em razaõ da qualidade de qualquer Beneficio, ou de algum pacto, ou estatuto; ainda quando fosse confirmado com juramento, ou por qualquer authoridade que possa ser, nem por costume algum ainda de tempo immemorial: o qual neste caso deve ser reputado por abuso; e sem respeito algumas appellações, nem defezas, ainda da Corte de Roma, ou em virtude da (2) Constituiçaõ Eugeniana. Finalmente ordena o santo Concilio, que tanto o presente De-

cre-

(1) *Paulo III. quam hoc ipsum in Conciliis Provincialibus, & Episcopalibus publicari sancta Synodus præcipit. Cupit enim, quæ adeo ex Pastorum munere, animarumque salute sunt, frequenter omnium auribus, mentibusque infigi, ut in posterum, Deo juvante, nulla temporum injuria, aut hominum oblivione, aut desuetudine aboleantur.*

CAPUT II.

Præfecti Ecclesiis consecrationis munus intra tres menses suscipiant: Consecratio quo loco peragenda.

Ecclesiis (2) *Cathedralibus, seu Superioribus, quocumque nomine, ac titulo præfecti, etiamsi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales sint, si munus Consecrationis intra tres menses non susceperint, ad fructuum perceptorum restitutionem teneantur; si intra totidem menses postea id facere neglexerint, Ecclesiis ipso jure sint privati. Consecratio vero, si extra Curiam Romanam fiat, in Ecclesia, ad quam promoti fuerint, aut in Provincia, si commode fieri poterit, celebretur.*

CA-

(1) Supra Sess. 6. *de Reform.* c. 1. (2) Concil. Chalc. act. 16. cap. 15. Concil. Vormat. c. 76. C. *Quoniam*, Dist. 75. C. *Quoniam*, Dist. 100. Et Supr. Sess. 7. cap. 9. *de Reform.* Ordin. de Blois. art. 8. Leges Ecclesiast. (Gallican.) tom. 1. pag. 36.

creto, como aquelle, que se lavrou (1) sob Paulo III., sejaõ publicados nos Concilios Provinciaes, e Episcopaes: Por quanto deseja summamente, que tanto os deveres, que pertencem á obrigaçaõ dos Pastores, e á salvaçaõ das almas, sejaõ frequentemente repetidos, e profundamente gravados nos animos de todos; para que mediante a assistencia de Deos, nunca já mais para o diante sejaõ abolidos, por injúria dos tempos, ou esquecimento dos homens, ou falta de uso.

CAPITULO II.

Os que forem eleitos para Igrejas Cathedraes sejaõ sagrados dentro de tres mezes: Designa-se o lugar, onde se deve fazer a Sagraçaõ.

OS que forem propostos para o governo das (2) Igrejas Cathedraes, ou Superiores, com qualquer nome, ou titulo, inda que sejaõ Cardeaes da Santa Romana Igreja, se dentro de tres mezes naõ receberem a Sagraçaõ, estaráõ obrigados a restituir os fructos, que houverem percebido; e se se descuidarem de o fazer por outros tres mezes, *ipso jure* fiquem privados das suas Igrejas. A Sagraçaõ, se se celebrar fóra da Corte de Roma, podendo ser cómmodamente se fará na Igreja, ou Provincia, a que forem promovidos.

CA-

CAPUT III.

Extra ægritudinem Episcopi per se Ordines conferant.

EPiscopi per semetipsos Ordines conferant; quod si ægritudine fuerint impediti, (1) subditos suos non aliter, quàm jam probatos, & examinatos ad alium Episcopum ordinandos dimittant.

CAPUT IV.

Qui prima Tonsura initiandi.

PRima Tonsura (2) non initientur, qui Sacramentum Confirmationis non susceperint, & fidei rudimenta edocti non fuerint; quique legere, & scribere nesciant; & de quibus probabilis conjectura non sit, eos non Sæcularis judicii fugiendi fraude, sed ut Deo fidelem cultum præstent, hoc vitæ genus elegisse.

CA-

(1) Infra, cap. 8. & 10. Concil. Carth. III. c. 22. (2) C. fin. *de temp. Ordin.* in 6.

CAPITULO III.

Os Biſpos, naõ eſtando enfermos, dem por ſi meſmos Ordens.

OS Biſpos dem por ſi meſmos Ordens; e ſe eſtiverem impedidos com enfermidade, remetteráõ (1) ſeus ſubditos a outro Biſpo, eſtando já approvados, e examinados, e naõ de outro modo.

CAPITULO IV.

Quaes devem ſer, os que haõ de tomar prima Tonſura.

NAõ ſejaõ iniciados (2) com prima Tonſura, ſenaõ aquelles, que tiverem recebido o Sacramento da Confirmaçaõ, e que ſaibaõ ler, e eſcrever; e de que haja alguma conjectura provavel, que elegem eſte modo de vida, para darem a Deos hum fiel culto, e naõ por ſe ſubtrahirem com fraude á jurisdicçaõ Secular.

CA-

CAPUT V.

Ordinandi quibus instructi esse debeant.

AD minores Ordines promovendi, (1) *bonum a Parocho, & a Magistro scholæ, in qua educantur, testimonium habeant. Hi vero, qui ad singulos majores erunt assumendi, per mensem ante ordinationem Episcopum adeant, qui Parocho, aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat, ut nominibus, ac desiderio eorum, qui volent promoveri, publice in Ecclesia propositis, de ipsorum ordinandorum* (2) *natalibus, ætate, moribus, & vita a fide dignis diligenter inquirat*; (3) *& Litteras testimoniales, ipsam inquisitionem factam continentes, ad ipsum Episcopum quamprimum transmittat.*

CA-

(1) S. Chrysost. in *Epist. ad Timoth.* Hom. 16. S. Antonin. 3. p. tit. 14. c. 16. §. 2. S. Leo epist. 87. ad Episc. Afric. S. Thom. in 4. Dist. 24. q. 1. art. 3. quæstiuncul. 4. in corp. (2) C. *Quando*. Dist. 24.

(3)

CAPITULO V.

Do que ſe deve obſervar antes que ſejaõ admittidos a Ordens, os que ſe preſentaõ para ellas.

OS que forem promovidos a Ordens menores teraõ bom (1) teſtemunho do ſeu Parocho, do Meſtre da eſcola, em que ſaõ educados. E quanto aos que aſpiraõ a Ordens maiores, por eſpaço de hum mez iraõ todos os dias buſcar o Biſpo, o qual encarregará ao Parocho, ou a quem melhor lhe parecer, expôr publicamente na Igreja os nomes, e o bom deſejo, dos que deſejaõ ſer promovidos; e tomará informaçaõ por peſſoas dignas de fé, do ſeu (2) naſcimento, idade, coſtumes, e vida; e remetterá com a maior brevidade ao Biſpo as (3) Letras de teſtemunho, e a inquiriçaõ que ſe fez.

CA-

(3) Concil. Carthag. III. c. 21. Carthag. IV. c. 22. Infra cap. 7.

CAPUT VI.

Ætas annorum quatuordecim ad Beneficium Ecclesiasticum requiritur. (1) Quis privilegio fori gaudere debeat.

NUllus prima Tonsura initiatus, aut etiam in minoribus Ordinibus constitutus, (2) *ante decimum quartum annum Beneficium non possit obtinere.* (3) *Is etiam fori privilegio non gaudeat, nisi Beneficium Ecclesiasticum habeat; aut Clericalem habitum, & Tonsuram deferens, alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inserviat, vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Universitate de licentia Episcopi, quasi in via ad majores Ordines suscipiendos versetur. In Clericis vero conjugatis servetur Constitutio Bonifacii VIII. quæ incipit:* (4) *Clerici, qui cum unicis: modo hi Clerici alicujus Ecclesiæ servitio, vel ministerio ab Episcopo deputati, eidem Ecclesiæ serviant, vel ministrent, & Clericali habitu, & Tonsura utantur; nemini, quoad hoc, privilegio, vel consuetudine, etiam immemorabili, suffragante.*

CA-

concorrem com a ſua diligencia (naõ innovando nada nas preſentes circumſtancias de tempo) exhorta, e admoeſta, que primeiramente ſe lembrem, que nada pódem fazer de maior utilidade para gloria de Deos, e ſalvaçaõ dos Póvos, que procurarem promover bons Paſtores, e idoneos ao governo da Igreja; e que participaõ dos peccados alheios, e peccaõ mortalmente, ſe naõ procurarem que ſejaõ poſtos no governo da Igreja os que julgarem mais dignos, e mais uteis á meſma Igreja: (1) naõ movidos por rogos, e affectos humanos, ou ſuggeſtões dos que os liſongeaõ, mas attendendo os merecimentos dos que ſe haõ de eleger, os quaes ſeraõ naſcidos de legitimo matrimonio, e dotados de vida, idade, doutrina, e todas as mais qualidades, que ſe requerem (2) pelos ſagrados Canones, e Decretos deſte Concilio de Trento. Mas como para haver o teſtemunho grave, e idoneo de ſujeitos de probidade, e doutrina, das ſobreditas qualidades, ſendo tanta a variedade das Nações, Póvos, e coſtumes, ſe naõ póde achar hum theor uniforme, (3) manda o ſanto Concilio, que no Concilio Provincial que celebrará o Metropolitano, ſe preſcreva a fórma de exame, inquiriçaõ, ou inſtrucçaõ,

pra Seſſ. 22. *de Reformat.* cap. 2. (3) Præſcribitur alia forma in Bulla Gregor. XIV. ann. 1590. quæ incipit, *Unus.*

seu inquisitionis, aut instructionis faciendæ forma, Sanctissimi Romani Pontificis arbitrio approbanda, quæ magis eisdem locis utilis, atque opportuna esse videbitur; ita tamen, ut, cum deinde hoc examen, seu inquisitio de persona promovenda perfecta fuerit, ea in instrumentum publicum redacta, cum toto testimonio, (1) ac professione fidei ab eo facta, quamprimum ad Sanctissimum Romanum Pontificem omnino trasmittatur; ut ipse Summus Pontifex, plena totius negotii, ac personarum notitia habita, pro gregis Dominici commodo, de illis, si idonei per examen, seu per inquisitionem factam reperti fuerint, Ecclesiis possit utilius providere.

Omnes vero inquisitiones, informationes, testimonia, ac probationes quæcumque de promovendi qualitatibus, & Ecclesiæ statu a quibuscumque, etiam in Romana Curia habitæ, per Cardinalem, qui relationem facturus erit in Consistorio, & alios tres Cardinales diligenter examinentur, ac relatio ipsa Cardinalis relatoris, & trium Cardinalium subscriptione roboretur: in qua ipsi singuli quatuor Cardinales affirment, se, adhibita accurata diligentia, inveniisse promovendos qualitatibus a jure, & ab hac (2) sancta Synodo requisitis præditos; ac certo existimare sub periculo salutis æternæ, idoneos esse, qui Ecclc-

(1) Vide infra. XXXIV. (2) In dictis locis.

que seja mais propria aos Lugares, e Provincias para que se faz: cuja fórma será approvada a arbitrio do Santissimo Pontifice Romano. De modo porém, que sendo concluido este exame, ou inquiriçaõ da pessoa que se ha de promover, actuada ella em instrumento público, com todo o testemunho, (1) e profissaõ da Fé feita pelo Promovendo, seja remettida o mais breve ao Pontifice Romano; para que este, havida plena noticia de todo o negocio, e pessoas, com utilidade do rebanho do Senhor, possa com maior utilidade dar providencia ás Igrejas, sendo elles pelo exame, e inquiriçaõ feita achados dignos.

Todas as inquirições, informações, testemunhas, e prôvas ácerca das qualidades do Promovendo, e estado da Igreja, por quem quer que sejaõ feitas, ainda na Curia Romana, sejaõ examinadas com diligencia pelo Cardeal; que ha de fazer a relaçaõ no Consistorio, e por outros tres Cardeaes; cuja relaçaõ se fortificará com a subscripçaõ do Cardeal Relator, e dos outros tres: na qual cada hum dos quatro Cardeaes affirmem, que elles, fazendo exacta diligencia, acháraõ ser os Promovendos dotados das qualidades requisitas pelo direito, e por este (2) santo Concilio; e que tem por certo, sob pena da sua salvaçaõ eterna, que saõ idoneos para o governo das Igrejas;

clesiis præficiantur: ita ut, relatione in uno Consistorio facta, quo maturius interea de ipsa inquisitione cognosci possit, in aliud Consistorium judicium differatur; nisi aliud Beatissimo Pontifici videbitur expedire.

Ea vero omnia, & singula, quæ de Episcoporum præficiendorum vita, ætate, doctrina, & cæteris qualitatibus aliàs in eadem Synodo constituta sunt, decernit eadem, etiam in (1) *creatione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, etiamsi Diaconi sint, exigenda; quos Sanctissimus Romanus Pontifex ex omnibus Christianitatis nationibus, quantum commodè fieri poterit, prout idoneos repererit, assumet.*

Postremo eadem sancta Synodus, tot gravissimis Ecclesiæ incommodis commota, non potest non commemorare, nihil magis Ecclesiæ Dei esse necessarium, quam ut Beatissimus Romanus Pontifex, quam solicitudinem universæ Ecclesiæ ex muneris sui officio debet, eam hic potissimum impendat, ut lectissimos tantum sibi Cardinales adsciscat, & bonos maxime, atque idoneos Pastores singulis Ecclesiis præficiat; idque eo magis, quod ovium Christi sanguinem, quæ ex malo negligentium, & sui officii immemorum Pastorum regimine peri-

(1) Quid in creatione Cardinalium observandum, vide Constit. Sixti V. *Postquam*, 1586. & *Religiosam*, 1587.

jas; de modo que feita a relaçaõ em hum Consistorio, para com maior madureza se examinar a inquiriçaõ, se deferirá o juizo para outro Consistorio, se naõ parecer outra cousa ao Summo Pontifice.

Todas, e cada huma destas cousas, que no mesmo Concilio estaõ estabelecidas ácerca da vida, idade, doutrina, e mais qualidades dos Bispos, que se haõ de pôr no governo, determina, que as mesmas se requeiraõ tambem (1) na creaçaõ dos Cardeaes da Santa Romana Igreja, ainda que sejaõ Diaconos; os quaes o Santissimo Romano Pontifice, quanto poder ser commodamente, assumirá de todas as Nações, conforme os achar idoneos.

Finalmente o mesmo santo Concilio commovido com tantos incommodos da Igreja, naõ póde deixar de lembrar-se, que cousa nenhuma he mais necessaria á Igreja de Deos, do que empregar o Beatissimo Romano Pontifice aquelle cuidado, que pelo seu officio deve á Igreja de Deos nesta parte, a saber, em aggregar a si os mais selectos Cardeaes, e pôr no governo das Igrejas os melhores, e mais idoneos Pastores; e isto tanto mais, quanto he certo, que nosso Senhor Jesus Christo ha de requerer o sangue das suas ovelhas das máos da-

peribunt, D. N. Jesus Christus (1) de manibus ejus sit requisiturus.

CAPUT II.

Synodi Provinciales quolibet triennio: Diœcesanæ quotannis celebrentur. Qui eas cogere, quive illis interesse debeant.

PRovincialia Concilia, sicubi omissa sunt, pro moderandis moribus, corrigendis excessibus, controversiis componendis, (2) aliisque ex sacris Canonibus (3) permissis, renoventur. Quare Metropolitani per seipsos, seu, illis legitime impeditis, Coepiscopus antiquior intra annum ad minus a fine præsentis Concilii, & deinde (4) quolibet saltem triennio post Octavam Paschæ Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, seu alio commodiori tempore, pro more Provinciæ, non prætermittat Synodum in provincia sua cogere: quo Episcopi omnes, & alii, qui de jure, vel consuetudine interesse debent, exceptis iis, quibus,

(1) Exech. 3: 18. Actor. 20: 28. C. Ephes. 43. Dist. Supra, Sess. 6. cap. 1. de Reform. cap. 1. (2) C. Propter Ecclesiasticas, cum seq. 18. Dist. C. Sicut alim, de accusat. Concil. Aurel. II. cap. 1. (3) Infra, cap. 21. (4) Concil. Lateran. sub Leon. X. Sess. 10. In Later. II. sub Innoc. III. cap. 6. exigeba-

(1) daquelles Pastores, que forem froüxos, e negligentes na sua obrigaçaõ.

CAPITULO II.

Que se celebrem Synodos Provinciaes todos os triennios, e Diocesanos todos os annos. Quem os deva congregar, e quaes devaõ assistir a elles.

OS Concilios Provinciaes se renovem nos lugares, onde estiverem omittidos, em ordem a moderar os costumes, corrigir os excessos, compôr as controversias, e o (2) mais que mandaõ (3) os sagrados Canones. Por tanto os Metropolitanos per si mesmos, ou estando elles legitimamente impedidos, o Bispo mais antigo ao menos dentro de hum anno contado desde o fim do presente Concilio, e dahi em diante cada (4) triennio ao menos, depois da Oitava da Paschoa da Resurreiçaõ de nosso Senhor Jesu Christo, naõ deixe de juntar Concilio na sua Provincia, no qual todos os Bispos, e os mais que por direito, ou costume devem assistir, sejaõ obrigados a concorrer sem fallencia, exceptuando aquelles, que tiverem de passar o mar com pe-

---

gebatur, ut singulis annis Metropolitanus visitaret. *Leges Ecclesiast.* (Gallic.) tom. 1. pag. 100. Summ. 24. Declarat. 16. April. 1646. Indict. Concil. Rhem. Dom. 1. post Fest. Epiphan. ann. 1583.

bus cum imminenti periculo transfretandum esset, convenire omnino teneantur. Nec Episcopi comprovinciales prætextu cujuslibet consuetudinis ad Metropolitanam Ecclesiam in posterum accedere inviti compellantur. Itidem Episcopi, qui nulli Archiepiscopo subjiciuntur, aliquem vicinum Metropolitanum semel eligant, in cujus Synodo Provinciali cum aliis intereſſe debeant, & quæ ibi ordinata fuerint, observent, ac observari faciant. In reliquis omnibus eorum exemptio, & privilegia salva, atque integra maneant. (1) *Synodi quoque Diœcesanæ quotannis celebrentur: ad quas exempti etiam omnes, qui aliàs, cessante exceptione, intereſſe deberent, nec Capitulis generalibus subduntur, accedere teneantur; ratione tamen Parochialium, aut aliarum Sæcularium Ecclesiarum etiam annexarum, debeant ii, qui illarum curam gerunt, quicumque illi sint, Synodo intereſſe. Quod si in his, tam Metropolitani, quam Episcopi, & alii suprascripti negligentes fuerint, pœnas* (2) *sacris Canonibus sancitas incurrant.*

CA-

(1) Concil. Basil. Seſſ. 15. Tolet. sub Sixto IV. cap. 1. (2) Dist. 18. fere per totam. Concil. Aurelian. V. cap. 18. Tarrac. I. c. 6. Tolet. XI. cap. 15. Basil. Seſſ, 8.

perigo imminente. Os Bispos comprovinciaes daqui em diante com nenhum pretexto sejaõ obrigados a concorrer contra vontade á Igreja Metropolitana. Semelhantemente os Bispos, que naõ saõ sujeitos a Arcebispo algum, elejaõ por huma vez algum Metropolitano visinho, em cujo Synodo Provincial devem assistir com os mais; e o que ahi for ordenado, o observem, e façaõ observar Em tudo o mais fique salva, e inteira a sua isençaõ, e privilegios. Celebrem-se (1) tambem todos os annos Synodos Diocesanos, aos quaes sejaõ obrigados a concorrer todos os isentos, que naõ saõ sujeitos aos Capitulos geraes; que alias deveriaõ assistir naõ havendo isençaõ. Os que tem Igrejas Parochiaes, ou outras Seculares ainda annexas, quaesquer que sejaõ, devem por razaõ dellas assistir ao Concilio. E se nesta materia tanto os Metropolitanos, como os Bispos, e os mais mencionados forem negligentes, incorraõ nas penas (2) estabelecidas pelos sagrados Canones.

CA-

CAPUT III.

Qua ratione visitatio per Prælatos facienda.

PAtriarchæ, Primates, Metropolitani, & Episcopi propriam Diœcesim per seipsos, (1) *aut, si legitime impediti fuerint, per suum generalem Vicarium, aut Visitatorem, si quotannis totam, propter ejus latitudinem, visitare non poterunt, saltem majorem ejus partem; ita tamen, ut tota biennio per se, vel Visitatores suos compleatur, visitare non prætermittant. A Metropolitanis vero, etiam* (2) *post plene visitatam propriam Diœcesim, non visitentur Cathedrales Ecclesiæ, neque Diœceses suorum comprovincialium, nisi causa cognita, & probata in Concilio provinciali. Archidiaconi autem, Decani, & alii inferiores in iis Ecclesiis, ubi hactenus visitationem exercere legitime consueverunt, debeant quidem, assumpto notario, de consensu Episcopi deinceps per seipsos tantum ibidem visitare. Visitatores etiam a Capitulo deputandi, ubi Capitulum jus visitandi habet, prius ab Episcopo approbentur; sed non ideo Episcopus, vel eo impedito, ejus Visitator*

(1) Concil. Tolet. IV. cap. 35. C. *Episcopum.* 10. q. 1. (2) Vide Zeger. Bernard. Concil. Nicæn. I. Arelat. Sardic. Carthag. III. Aurelian. S. Greg. in

CAPITULO III.

De que modo haõ de os Prelados fazer viſita.

OS Parriarcas, Primazes, Metropolitanos, e os Biſpos naõ deixem de viſitar per ſi meſmos, (1) naõ eſtando legitimamente impedidos, e pelo ſeu Vigario geral, ou Viſitador, ſe naõ podérem, cada anno toda a Dioceſe por ſer mui extenſa, ao menos a maior parte della; em fórma que dentro de dous annos completem a viſita inteira. Quanto aos Metropolitanos, ainda tendo viſitado (2) a propria Dioceſe, naõ viſitem as Igrejas Cathedraes, nem as Dioceſes dos ſeus Comprovinciaes, ſenaõ conhecida, e approvada a cauſa no Concilio provincial. Os Arcediagos porém, os Decanos, e outros inferiores, naquellas Igrejas, aonde até o preſente foi coſtume viſitar legitimamente, devem daqui em diante, aggregando a ſi hum Notario, com conſentimento do Biſpo viſitar ſómente por ſi meſmos. Tambem os Viſitadores, que haõ de ſer deputados pelo Cabido, onde eſte tem direito de viſitar, ſejaõ primeiro approvados pelo Biſpo; mas nem por iſſo o Biſpo, ou, eſtando eſte impedido, o ſeu

---

in Can. *Scriptum.* c. quæſt. 3. *Jurisdict. Archiepiſc. ſe tantum extend. ad ſuffrag. Epiſc. non ſubditor.*

tator eaſdem Eccleſias ſeorſum ab his viſitare prohibeatur : cui ipſi Archidiaconi, vel alii inferiores viſitationis factæ infra menſem rationem reddere, & depoſitiones teſtium, ac integra acta ei exhibere teneantur; non (1) *obſtantibus quacumque conſuetudine, etiam immemorabili, atque exemptionibus, & privilegiis quibuscumque.*

Viſitationum autem omnium iſtarum (2) *præcipuus ſit ſcopus, ſanam, orthodoxamque doctrinam, expulſis hæreſibus, inducere, bonos mores tueri, pravos corrigere; Populum cohortationibus, & admonitionibus ad Religionem, pacem, innocentiamque accendere; cætera, prout locus, tempus, & occaſio feret, ex viſitantium prudentia ad fidelium fructum conſtituere. Quæ ut facilius, feliciusque ſuccedant, monentur prædicti omnes, & ſinguli, ad quos viſitatio ſpectat, ut paterna charitate, Chriſtianoque zelo omnes amplectantur : ideoque modeſto contenti equitatu, famulatuque, ſtudeant quam eclerrime; debita tamen cum diligentia viſitationem ipſam abſolvere. Interimque cavcant; ne inutilibus ſumptibus* (3) *cuiquam graves, oneroſive ſint;*

ne-

(1) *Leges Eccleſiaſt.* (Gallic.) tom. 1. pag. 32. Summ. 3. Edict. Decemb. 1695. art. 17. art. 14.
(2) C. 1. §. *Sane, de cenſ.* in 6. C. unic. Diſt. 85.
(3) Concil. Brachar. I. cap. 1. Concil. Ticin. verſ. *Statuimus etiam, ne Epiſcopi.* C. *Cavendum.* C. *Placuit.*

seu Visitador, ficará embaraçado para visitar separadamente daquelles as mesmas Igrejas, que elles visitarem; pois os mesmos Arcediagos, e os outros inferiores tem obrigaçaõ de dar conta ao Bispo da visita que fizeraõ, e exhibir-lhe os depoimentos das testemunhas, e os autos inteiros; naõ obstando (1) costume algum, ainda immemorial, e quaesquer isençoes, e privilegios.

O intento principal de todas (2) estas visitas será estabelecer a doutrina sá, e orthodoxa, excluidas as heresias, manter os bons costumes, emendar os máos, com exhortações, e admoestações, accender o Povo á Religiaõ, paz, e innocencia; e estabelecer o mais que o lugar, tempo, e occasiaõ permittir para proveito dos Fiéis, segundo o julgar a prudencia dos que visitarem. E para estas cousas se executarem com a maior facilidade, e felicidade, admoestamos a todos, e a cada hum dos sobreditos, a quem pertence a visita, que a todos recebaõ com caridade paternal, e zelo Christaõ: pelo que satisfeitos com huma modesta equipagem, procurem concluir a visita o mais breve que poder ser, ainda que com a devida diligencia. Durante ella procurem a ninguem ser onerosos, (3) com gastos inuteis; e nem

---

cuit. C. *Inter cætera.* 10. c. 3. C. *Cum Apostolus de censi.* Bonifacius VIII. in Cap. *Felicis, de censib.* in 6. lib. 3. tit. 20.

neve ipsi, aut quisquam suorum quidquam procurationis causa, pro visitatione, etiam testamentorum ad pios usus, præter id, quod ex relictis piis jure debetur, aut alio quovis nomine, nec pecuniam, nec munus, quodcunque sit, etiam qualitercunque offeratur, accipiant, non obstante quacunque consuetudine, etiam immemorabili; (1) exceptis tamen victualibus, quæ sibi, ac suis frugaliter, moderateque pro temporis tantum necessitate, & non ultra, erunt ministranda. Sit tamen in optione eorum, qui visitantur, si malint solvere id, quod erat ab ipsis antea solvi, certa pecunia taxata, consuetum, an vero prædicta victualia subministrare; salvo item jure conventionum antiquarum cum Monasteriis, aliisve piis locis, aut Ecclesiis non Parochialibus inito, quod illæsum permaneat. In iis vero locis, seu Provinciis, ubi consuetudo est, ut nec victualia, aut pecunia, nec quidquam aliud a visitatoribus accipiatur, sed omnia gratis fiant, ibi id observetur. Quod si quisquam (quod absit) aliquid amplius in supradictis casibus omnibus accipere præsumpserit; is, præter dupli restitutionem, intra mensem faciendam, aliis etiam pœnis juxta Constitutionem Concilii Generalis Lugdunensis, quæ incipit, (2) Exigit; nec non & aliis pœnis in Synodo Provinciali arbitrio Synodi, absque illa

(1) C. Si Episcopus, de Offic. Ordin. in 6. (2) Vide infra, XXI.

nem elles, nem algum dos ſeus receba couſa alguma pela diligencia da viſita, ainda dos Legados teſtamentarios para uſos pios (a exceiçaõ do que he devido aos lugares piedoſos) nem dinheiro, nem genero algum de dadiva, de qualquer modo que ſe offereça; ſem obſtar coſtume algum, ainda immemorial: (1) exceptuando porém vitualhas, que a elle, e aos ſeus ſe miniſtraráõ com parcimonia, e moderaçaõ, ſómente quanto o pedir a neceſſidade dos tempos, e naõ mais. Naquelles lugares porém, ou Provincias, onde he coſtume naõ ſe receberem vitualhas, nem dinheiro, nem outra alguma couſa, mas fazer-ſe tudo de graça, ſe continue em obſervar iſto meſmo. E ſe alguem (o que naõ ſuccéda) ſe atrever a acceitar alguma couſa em todos os mencionados caſos, além de o reſtituir em dobro dentro de hum mez, ficará o dito ſujeito ás penas, conforme a Conſtituiçaõ do Concilio Geral Lugdunenſe, que começa (2) *Exigit*: e tambem ſerá condemnado com outras penas pelo Concilio Provincial, a arbitrio do meſmo Concilio,

ulla ſpe veniæ mulctetur. Patroni vero in iis, quæ ad Sacramentorum adminiſtrationem ſpectant, nullatenus ſe præſumant ingerere, neque viſitationi ornamentorum Eccleſiæ, aut bonorum ſtabilium, ſeu fabricarum proventibus immiſceant; niſi quatenus id eis ex inſtitutione, ac fundatione competat: ſed Epiſcopi ipſi hæc faciant, & fabricarum reditus in uſus Eccleſiæ neceſſarios, & utiles, prout ſibi expedire magis viſum fuerit, expendi curent.

CAPUT IV.

A quibus, & quando munus prædicationis obeundum. Eccleſia Parochialis ad audiendum verbum Dei adeunda. Nullus contradicente Epiſcopo prædicet.

Prædicationis munus, (1) quod Epiſcoporum præcipuum eſt, cupiens ſancta Synodus, quo frequentius poſſit ad fidelium ſalutem exerceri, Canones alias ſuper hoc editos, ſub felicis recordationis (2) Paulo III. aptius præſentium temporum uſui accommodando, mandat, ut in Eccleſia ſua ipſi per ſe, (3) aut, ſi legitime impediti fuerint, per eos, quos

(1) Concil. Carthag. IV. c. 20. Rhem. cap. 14. C. *Epiſc. nullam rei.* Diſt. 88. (2) Supra, Seſſ. 5. cap. 2. *de Reformat.* (3) Concil. Arelat. IV. c. 10. Lateran. ſub Innoc. III. cap. 10. in C. *Inter cæte-*

ra,

sem esperança alguma de perdaõ. Quanto aos Padroeiros, de nenhum modo se intromettaõ no que pertence á administraçaõ dos Sacramentos, nem na visita dos ornamentos da Igreja, ou dos bens de raiz, ou rendas das fábricas, senaõ sómente quanto lhes compete por instituiçaõ, e fundaçaõ; mas serão os Bispos os que faraõ estas cousas, e os que cuidaráõ em dispender as rendas das fábricas nos usos necessarios, e uteis da Igreja, como lhes parecer mais conveniente.

CAPITULO IV.

Quem, e quando se deve executar o officio da prégaçaõ. Que se deve procurar a Igreja Parochial para ouvir a palavra de Deos. Ninguem prégue, repugnando o Bispo.

O Officio de prégar, que he o (1) principal dos Bispos, desejando o santo Concilio se exercite com a maior frequencia possivel, para salvaçaõ dos Fiéis, accommodando ao uso dos tempos presentes, pelo modo mais conveniente, os Canones publicados nesta materia em tempo de Paulo III. (2) de feliz recordaçaõ, manda: que os Bispos por si, ou (3) estando legitimamente impedidos,

ra, *de Offic. Ord.* Concil. Maguntiacum, cap. 25.
Supra, Sess. 5. *de Reform.* cap. 2.

quos ad prædicationis munus assument ; in aliis autem Ecclesiis per Parochos , sive , iis impeditis , per alios ab Episcopo impensis eorum , qui eas præstare vel tenentur , vel solent , deputandos in Civitate , aut in quacumque parte Diœcesis censebunt expedire , saltem omnibus Dominicis , & solemnibus diebus festis ; tempore autem jejuniorum , Quadragesimæ , & Adventus Domini quotidie , vel saltem tribus in hebdomada diebus , si ita oportere duxerint , Sacras Scripturas , Divinamque legem annuntient , & alias , quotiescumque id opportune fieri posse judicaverint. Moneatque Episcopus Populum diligenter , teneri unumquemque Parochiæ suæ interesse , ubi commode id fieri potest , (1) *ad audiendum verbum Dei. Nullus autem Sæcularis ,* (2) *sive Regularis , etiam in Ecclesiis suorum Ordinum , contradicente Episcopo , prædicare præsumat. Idem etiam saltem Dominicis , & aliis festivis diebus pueros in singulis*

(1) Concil. Carthag. IV. c. 24. in C. *Sacerdotes , de Cons.* Dist. 1. Theodulphus Episc. Aurelian. epist. ad Paroch. in fine. Tertull. Apol. c. 39. Concil. Eliberitan. an. 305. Can. 21. Osius in Conc. Sardic. ann. 347. Can. 14. Concil. Nannetense , Can. 1. Concil. Trullan. ann. 692. Can. 80. Sixtus V. ann. 1478. Statutum Episc. Andegavensis. 1654. Clerus Gallic. in Comitiis generalib. 1655. , ann. 1700.

Hu-

por aquelles que admittirem ao ministerio da prégaçaõ, expliquem as Divinas Escrituras, e preguem a palavra de Deos: nas outras Igrejas pelos Parocos, ou estando estes impedidos, por outros que os Bispos nomearem, a custa daquelles que a devem, ou costumaõ fazer, na Cidade, ou em qualquer outra parte da Diocese, em que julgarem ser conveniente, ao menos nos Domingos, e Festas solemnes. No tempo porém do jejum da Quaresma, e Adventos do Senhor, annunciem quotidianamente as Sagradas Escrituras, e Lei Divina, ou ao menos tres dias na semana, se assim julgarem que convem; ou aliás todas as vezes que julgarem se póde assim executar com opportunidade. Avisará o Bispo ao Povo com cuidado da obrigaçaõ, que cada hum tem de assistir na sua Parochia (1) a ouvir a palavra de Deos, onde isto se póde fazer commodamente. Nenhum Secular, nem Regular (2) se atreva a prégar, ainda nas Igrejas das suas Ordens, sem consentimento do Bispo. Os mesmos procuraráõ, que ao menos nos Domingos, e dias de Festa, os meninos sejaõ instruidos em cada huma das Parochias nos

---

Hugo Paris. in Statutis ann. 1326. Concil. Rothomag. 1581. Burdigal. 1583. Narbonens. 1609. Burdigal. 1674. (2) Vide Bullam Gregor. XIII. in gratiam Societ. Jesu, quæ incipit: *Vigore*, 1584.

gulis Parochiis (1) fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & parentes diligenter ab iis, ad quos spectabit, doceri curabunt; &, si opus sit, etiam per Censuras Ecclesiasticas compellent, non obstantibus privilegiis, & consuetudinibus. In reliquis ea, quæ de prædicationis munere (2) sub eodem Paulo III. decreta fuerunt, suum robur obtineant.

CAPUT V.

Causæ criminales contra Episcopos, majores a solo Summo Pontifice, minores a Concilio Provinciali cognoscantur. (3)

Causæ criminales (4) graviores contra Episcopos, etiam hæresis, (quod absit) quæ depositione, aut privatione dignæ sunt, (5) ab ipso tantum Summo Romano Pontifice cognoscantur, & terminentur. Quod si ejusmodi sit causa, quæ necessario extra Romanam Curiam sit committenda, nemini prorsus ea committatur, nisi Metropolitanis, aut Episcopis, a Beatissimo Papa eligendis. Hæc vero commissio, & specialis sit, & manu ipsius

(1) Vide Const. Pii V. *Ex debito*, 1571. quam ampliavit Greg. XIII. 30. Octob. 1572. (2) Sess. 5. c. 2. *de Reformat.* (3) Non est receptum in Gallis hoc caput V. *Histor. Eccles.* lib. 167. num. 19. (4) Concil. Sardic. cap. 1. *Ad Abolendam, de hæretic.*

nos rudimentos (1) da Fé, e obediencia para com Deos, e ſeus pais, por aquelles a quem elles pertencem; e a iſto os obrigaráõ, ſe for neceſſario, com Cenſuras Eccleſiaſticas, naõ obſtantes quaesquer privilegios, e coſtumes. No demais fique em ſeu vigor, o que ácerca do officio da prégaçaõ foi decretado, (2) governando Paulo III.

CAPUT V.

As Cauſas criminaes contra os Biſpos, ſendo maiores, ſejaõ conhecidas ſomente pelo Summo Pontifice, ſendo menores, pelo Concilio Provincial. (3)

AS Cauſas criminaes (4) mais graves contra os Biſpos, ainda a de hereſia (o que naõ ſucceda) que ſaõ merecedoras de depoſiçaõ, ou privaçaõ, ſejaõ conhecidas, e terminadas ſomente (5) pelo Summo Pontifice Romano. E ſe a Cauſa for de qualidade, que forçoſamente ſe haja de ventilar fóra da Curia Romana, a ninguem inteiramente ſeja encarregada ſenaõ aos Metropolitanos, ou Biſpos, que o Beatiſſimo Papa eleger. Eſta commiſſaõ pois ſerá eſpecial, e aſſinada pela pro-

---

tic. (5) Confirmatur Bulla Pii V. *Si de protegendis.* 1569. *In Concil. Epiſcopor. provinc. Epiſcopi judicandi ſunt.*

ipsius Sanctissimi Pontificis signata: nec usquam plus his tribuat, quam ut solam facti instructionem sumant, processumque conficiant: quem statim ad Romanum Pontificem transmittant, (1) *reservata eidem Sanctissimo sententia definitiva. Cætera aliàs sub felicis recordationis Julio III. super his Decreta, necnon, & Constitutio sub Innocentio III. in Concilio Generali, quæ incipit:* (2) *Qualiter & quando; quam sancta Synodus in præsenti innovat, ab omnibus observetur. Minores vero criminales causæ Episcoporum in Concilio tantum Provinciali cognoscantur, & terminentur, vel a deputandis per Concilium Provinciale.*

CAPUT VI.

Datur Episcopis potestas circa irregularitatum & suspensionum, dispensationes, & criminum absolutiones.

Liceat Episcopis in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus, ex delicto occulto provenientibus, (3) *excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis de-*

(1) Supra, Sess. 13. *de Reformat.* cap. 6. 7. 8.
(2) Vide infra XX. Hoc caput non recipitur in Gallia. *Histor. Eccles.* tom. 36. pag. 478. (3) Supra,

propria maõ do mesmo Santissimo Pontifice; nem este lhes concederá mais do que tomarem informaçaõ do facto, e fazer o processo, reservando a si (1) a sentença definitiva. O demais decretado nesta materia em tempo de Julio III. de feliz recordaçaõ, e tambem a Constituiçaõ de Innocencio III., que começa: (2) *Qualiter, & quando*, que o santo Concilio ao presente renova, seja observada por todos. Quanto ás Causas criminaes menores dos Bispos, só no Concilio Provincial serão conhecidas, e terminadas; ou por aquelles, que o Concilio Provincial deputar.

CAPITULO VI.

Concede-se aos Bispos o poder ácerca das irregularidades, e suspensões, e absolvições dos crimes.

PO ssaõ os Bispos em todas as irregularidades, e suspensões, que procedem de delicto occulto, dispensar; (3) exceptuando a que procede de homicidio voluntario, e exceptuando tambem as mais, que forem deduzidas

---

pra, Sess. 14. cap. 7. C. *Miror.* C. *Contumaces.* Dist. 50.

deductis ad forum contentioſum diſpenſare, & in quibuscumque (1) *caſibus occultis*, (2) *etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis, delinquentes quoscumque ſibi ſubditos, in Diœceſi ſua per ſeipſos, aut Vicarium ad id ſpecialiter deputandum, in foro conſcientiæ gratis abſolvere, impoſita pœnitentia ſalutari. Idem & in hæreſis crimine in eodem foro conſcientiæ eis tantum, non eorum* (3) *Vicariis ſit permiſſum.*

CAPUT VII.

Sacramentorum virtus, antequam Populo adminiſtrentur, ab Epiſcopis, & Parochis explicetur. Inter Miſſarum ſolemnia ſacræ Paginæ explanentur.

UT fidelis Populus ad ſuſcipienda Sacramenta majori cum reverentia, atque animi devotione accedat, præcipit ſancta Synodus Epiſcopis omnibus, ut non ſolum, cum hæc per ſeipſos erunt Populo adminiſtranda, prius illorum vim, & uſum pro ſuſcipientium captu explicent; ſed etiam idem a ſingulis

(1) Receptum in Reg. Eveill. c. 15. art. 4. pag. 329. *Leges Eccleſiaſt.* (Gallic.) pag. 37. Summ. 6. tom. 1. *Saint. Beuve.* tom. 3. caſ. 32. (2) De quibus ſub Alexandro in Concil. Lateranenſi. part. 14. Conſt. ipſius. (3) Non eſt hoc receptum in Gal-

das ao foro contencioso. Tambem possaõ absolver no foro da consciencia, de graça, em quaesquer casos (1) occultos, (2) ainda reservados á Sé Apostolica, a quaesquer subditos na sua Diocese, per si mesmos, ou pelo seu Vigario, deputado para isso especialmente, impondo-lhes saudavel penitencia. Tambem lhe seja concedido o mesmo no crime de heresia, no mesmo foro da consciencia, a elles sómente, e naõ (3) aos seus Vigarios.

CAPITULO VII.

Os Bispos, e Parocos expliquem ao Povo a virtude dos Sacramentos, antes de lhos administrarem. Durante a Missa, se explique a Escritura sagrada.

PAra que o Povo chegue com a maior reverencia, e devoçaõ a receber os Sacramentos, manda o santo Concilio a todos os Bispos, que naõ só quando elles os administrarem per si mesmos ao Povo, mas tambem quando os Parocos o executarem, expliquem primeiro a sua virtude, e vigor, conforme a capacidade dos que os recebem; com

---

Gallia. *Histor. Eccles.* lib. 167. num. 20. *Mem. Cleri*, tom. 2. pag. 307.

gulis Parochis pie, prudenterque, etiam lingua vernacula, si opus sit, & commode fieri poterit, servari studeant, juxta formam a sancta Synodo in Catechesi singulis Sacramentis præscribendam, quam Episcopi in vulgarem linguam fideliter verti, atque a Parochis omnibus Populo exponi curabunt: necnon ut (1) *inter Missarum solemnia, aut divinorum celebrationem, sacra eloquia, & salutis monita eadem vernacula lingua singulis diebus festis, vel solemnibus explanent, eademque in omnium cordibus, postpositis inutilibus quæstionibus, inserere, atque eos in lege Domini erudire studeant.*

CAPUT VIII.

Publice peccantes publice pœniteant, nisi Episcopo aliter videatur. Pœnitentiarius in Cathedralibus instituendus.

Apostolus monet, (2) *publice peccantes palam esse corripiendos. Quando igitur ab aliquo publice, & in multorum conspectu crimen commissum fuerit, unde alios scandalo offensos, commotosque fuisse non sit dubitandum,*

(1) Supra, Sess. 22. *de Sacrif. Missæ*, cap. 8.
(2) I. *Ad Timoth.* 5. C. *Sed illud.* Dist. 45. C. *Si peccaverit.* §. Ergo. 2. q. 1. C. 1. *de Pœn. & remiss.*

Le-

com piedade, e prudencia: o que procuraráõ observar na lingua vulgar, sendo necessario, pelo theor que o santo Concilio prescreverá a cada hum dos Sacramentos, no Catheciſmo, que os Biſpos procuraráõ traduzir fielmente na lingua vulgar, para que todos os Parocos o exponhaõ ao Povo. E que durante (1) a Miſſa, e Officios Divinos, em todos os dias de Feſta, e ſolemnes ſe explique ao Povo a Eſcritura ſanta, e os ſaudaveis documentos, que nella ſe encerraõ; e que os procurem radicar nos corações de todos, e inſtruillos na Lei do Senhor, deixadas queſtões inuteis.

CAPITULO VIII.

Os peccadores publicos façaõ penitencia publica, ſalvo parecer outra couſa ao Biſpo. E ſe inſtitua Penitenciario nas Cathedraes.

ENſina o Apoſtolo, que (2) os que peccaõ publicamente, devem ſer publicamente reprehendidos. Quando pois alguem commetter crime publicamente, e em preſença de muitos, donde conſte claramente que muitos com elle ficáraõ offendidos, e eſcandalizados, convém ſe lhes imponha peni-

(1) Leges Eccleſiaſt. 1. 2. p. 28. Conſonant in hoc Ritualia, & poſtrema Concilia Galliçana.

dum, huic condignam pro modo culpæ pœnitentiam (1) *publice injungi oportet; ut quos exemplo suo ad malos mores provocavit, suæ emendationis testimonio ad rectam revocet vitam. Episcopus tamen publicæ hoc pœnitentiæ genus in aliud secretum poterit commutare, quando ita magis judicaverit expedire. In omnibus etiam Cathedralibus Ecclesiis, ubi id commode fieri poterit, Pœnitentiarius aliquis cum unione præbendæ, proxime vacaturæ, ab Episcopo instituatur, qui Magister sit, vel Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel Jure Canonico, & annorum quadraginta, seu aliàs qui aptior pro loci qualitate reperiatur; qui dum confessiones* (2) *in Ecclesia audiet, interim præsens in choro censeatur.*

CAPUT IX.

A quo visitari debeant Ecclesiæ sæculares nullius Diœcesis. (3)

QUæ (4) *aliàs sub felicis recordationis Paulo III.* (5) *& nuper sub Beatissimo Domino nostro Pio IV. in hoc eodem Concilio de adhi-*

(1) C. *Pœnitentes*, & C. *In capite*, cum seq. Dist. 50. (2) Ruri vel in urbe. Fagn. in cap. *Licet*, 32. *de præbendis.* num. 70. (3) Occasione judicii circa Abbatiam Cluniacensem, inferri potest nullam esse in

penitencia pública proporcionada (1) ao delicto: para que aquelles, a quem com o seu exemplo induzio aos máos costumes, com o testemunho da sua emenda os attraha para a boa vida. Com tudo poderá o Bispo commutar este genero de penitencia pública em outra secreta, quando assim o julgar mais conveniente. Em todas as Igrejas Cathedraes, onde isto se poder executar commodamente, se institua algum Penitenciario, com uniaõ de alguma Prebenda, que haja de vagar proximamente, o qual seja Mestre, ou Doutor, ou Licenciado em Theologia, ou Direito Canonico, e tenha quarenta annos: ou alias o que se achar mais apto, conforme a qualidade do lugar, o qual ouvindo as Confissões na (2) Igreja, se julgue estar presente no Coro.

CAPITULO IX.

Quem deva visitar as Igrejas de nenhuma Diocese. (3)

O Que em (4) outro lugar foi estabelecido em tempo de Paulo III. de feliz recordaçaõ, e ha pouco (5) governando o Beatissimo N. S. Pio IV. neste mesmo Concilio,

in Gallia quæ sit nullius Diœcesis. (4) Supra, Sess. 6. *de Reformat.* cap. 4. Sess. 7. *de Reformat.* cap. 8. (5) Sess. 21. *de Reformat.* cap. 8.

adhibenda ab Ordinariis diligentia in Beneficiorum, etiam exemptorum, visitatione constituta sunt; eadem etiam in iis Ecclesiis Sæcularibus observentur, quæ in nullius Diœcesi esse dicuntur; ut ab Episcopo, cujus Cathedralis Ecclesia est proximior, si ad constet, alioquin ab eo, qui semel in Concilio Provinciali a Prælato loci illius electus fuerit, tanquam Sedis Apostolicæ Delegato, visitentur; non obstantibus privilegiis, & consuetudinibus quibuscumque, etiam immemorabilibus.

CAPUT X. (1)

Executio visitationis a subditis ne suspendatur.

EPiscopi, *ut aptius, quem regunt, Populum possint in officio, atque obedientia continere, in omnibus iis, quæ ad visitationem, ac morum correctionem subditorum suorum spectant, jus, & potestatem habeant, etiam tanquam Apostolicæ Sedis Delegati, ea ordinandi,* (2) *moderandi, puniendi, & exequendi, juxta Canonum sanctiones, quæ illis ex prudentia sua pro subditorum emendatione, ac Diœcesis suæ utilitate necessaria vide-*

(1) Recipitur in Galliis. *Histor. Eccles. lib.* 167. *num.* 24. Conform. Ordinat. 1539. art. 1. 2. 3. 4. Ap-

lio, ácerca da diligencia, que os Ordinarios devem pôr em visitar os Beneficios; isto mesmo se observará nas Igrejas Seculares, que se nomeaó de nenhuma Diocese, em fórma que o Bispo, cuja Cathedral estiver mais proxima, constando isto, ou aquelle, que huma vez for eleito no Concilio Provincial pelo Prelado daquelle lugar, esse as visite, como Delegado da Sé Apostolica; sem obstarem quaesquer privilegios, e costumes, ainda immemoriaes.

CAPITULO X.

A execuçaõ da visita naõ seja suspendida pelos subditos. (1)

OS Bispos, para mais commodamente poderem conter em sujeiçaõ, e obediencia o Povo que governaõ, em tudo o que pertence á visita, e correcçaõ dos costumes de seus subditos, tenhaõ direito, e poder, de ordenar, (2) moderar, punir, e executar, segundo o que determinaõ os Canones, aquillo, que segundo a sua prudencia, lhes parecer necessario, para emenda dos subditos, e utilidade da sua Diocese.

Appellatio etiam ab abusu non habet effectum suspensivum. (2) C. *Transmissam, de elect.*

videbuntur. (1) *Nec in his, ubi de visitatione, aut de morum correctione agitur, exemptio, aut ulla inhibitio, appellatio, seu querela, etiam ad Sedem Apostolicam interposita, executionem eorum, quæ ab his mandata, decreta, aut judicata fuerint, quoquo modo impediat, aut suspendat.*

CAPUT XI.

Tituli honorarii, aut privilegia particularia Episcoporum juri nihil detrahant. Cap. *Cum Capella*, extra, de privilegiis, innovatur.

Quoniam (2) *privilegia, & exemptiones, quæ variis titulis plerisque conceduntur, hodie perturbationem in Episcoporum jurisdictione excitare, & exemptis occasionem laxioris vitæ præbere dignoscuntur; decernit sancta Synodus, ut, si quando justis, gravibus, & fere necessariis suadentibus causis, aliquos honorariis titulis Protonotaria-*

(1) Supra, Sess. 13. *de Reform.* c. 1. Sess. 14. c. 4. *de Reformat.* Sess. 22. c. 1. *de Reformat. Leges Ecclesiast.* art. 11. pag. 20. Summ. 12. pag. 21. Declaratio mens. Decemb. 1698. Innocent. IV. cap. *Romana.* §. *Sane de censibus*, in 6. Edictum mens. April. 1695. Ordinat. de Blois, art. 52. Innocent. III.

Nem (1) neſta materia, tratando-ſe da viſita, e correcçaõ dos coſtumes, iſençaõ alguma, ou inhibiçaõ, appellaçaõ, ou queréla que ſe interponha, ainda para com a Sé Apoſtolica, em modo algum impida, ou ſuſpenda a execuçaõ daquellas couſas, que por elles forem mandadas, decretadas, ou julgadas.

CAPITULO XI.

Os titulos honorarios, e privilegios particulares naõ tirem couſa alguma ao direito dos Biſpos. Innova-ſe o Capitulo: Cum Capella, extra, *dos privilegios.*

POr quanto hoje ſe conhece, (2) que os privilegios, e iſenções, que com varios titulos ſe concedem a muitos, excitaõ perturbaçaõ na juriſdiçaõ dos Biſpos, e daõ occaſiaõ aos iſentos de vida relaxada; determina o ſanto Concilio, que ſe alguma vez por juſtas, graves, e quaſi neceſſarias cauſas forem condecorados alguns ſujeitos com os titulos honorarios de Protonotarios,

III. in Concil. General. cap. *Irrefragabili* extra, *de Officio Judicis extraordinarii.* Ordinationes Franciſci I. Carol. IX. Henrici III. Litteræ patentes Henr. IV. (2) Supra, Seſſ. 6. cap. 3. *de Reform.* C. *Cum & plantare, de privileg.* C. *Venerabili, de verb. ſignificat.*

tariatus, Acolythatus, (1) *Comitis Palatini, Capellani Regii, aut aliis hujusmodi in Romana Curia, vel extra, insignibus decorandos esse placuerit; nec non alios, cuicumque Monasterio oblatos, vel quomodocumque addictos; aut sub nomine servientium militiis, seu Monasteriis, Hospitalibus, Collegiis, aut quocumque alio titulo assumi, nihil ex his privilegiis detractum esse Ordinariis intelligatur; quominus ii, quibus ea jam concessa sunt, vel in posterum concedi contigerit, ipsis Ordinariis, tanquam Apostolicæ Sedis Delegatis, plene in omnibus, & quoad Capellanos Regios, juxta Constitutionem Innocentii III. quæ incipit:* (2) Cum Capella, *subjecti existant; exceptis tamen iis, qui prædictis locis, aut militiis actu serviunt, & intra eorum septa, ac domos residunt, subque eorum obedientia vivunt, sive iis, qui legitime, & secundum regulam earumdem militiarum professionem fecerint, de qua Ordinario constare debeat; non obstantibus privilegiis quibuscumque, etiam Religionis S. Joannis Hierosolymitani, & aliarum militiarum.*

Quæ vero privilegia residentibus in Curia Romana, vigore (3) *Eugenianæ Constitutionis, aut familiaritatis Cardinalium competere*

(1) Horum facultates, & indulta adhuc restringit Pius V. in Bulla: *Quamvis*, 1568. (2) Vide infra XXVII. (3) C. *Divina*, *de privileg.* in Extravag. com.

Acólythos, Condes (1) Palatinos, Capellães Reaes, ou outros ſemelhantes, na Curia Romana, ou fóra della; e tambem outros com predicamento de Oblatos, ou de Irmãos, dados de qualquer modo que ſeja, em qualquer Moſteiro, ou com o nome de Irmãos ſerventes das Ordens de Cavalleiros, ou Moſteiros, Hoſpitaes, Collegios, ou em fim com qualquer outro titulo que ſeja; ſe deve entender, que com eſtes privilegios nada ſe rira aos Ordinarios; de fórma que as peſſoas, a quem ſe tem concedido eſtes privilegios, ou ſe concederem para o diante, ſejaõ ſujeitas aos Ordinarios, como Delegados da Santa Sé, em tudo geralmente.

A reſpeito dos Capellães Reaes, nos termos ſómente da Conſtituiçaõ de Innocencio III., que começa: (2) *Cum Capellani*; a reſerva com tudo dos que ſervem actualmente nos ditos lugares, e Ordens de Cavalleiros, e moraõ em ſuas Caſas, e Clauſtros, e vivem debaixo da ſua obediencia: os que fizeraõ legitimamente profiſſaõ, ſegundo a regra das ditas Ordens de Cavalleiros: do que o Ordinario ſe informará, naõ obſtantes quaeſquer privilegios, ainda os da Religiaõ de S. Joaõ de Jeruſalem, e de todos os outros Cavalleiros.

E quanto aos privilegios, de que he coſtume gozarem os que moraõ na Corte de Roma, em virtude da Conſtituiçaõ (3) de Eugenio, ou que ſaõ domeſticos dos Car-

re solent, ea in iis, qui Beneficia Ecclesiastica obtinent, ratione prædictorum Beneficiorum minime intelligantur; sed Ordinarii jurisdictioni subjecti permaneant: non obstantibus quibuscumque inhibitionibus.

CAPUT XII.

Quales esse debeant promovendi ad Dignitates, & Canonicatus Cathedralium Ecclesiarum: quidve promoti præstare teneantur.

CUm dignitates in Ecclesiis, præsertim Cathedralibus, ad conservandam, augendamque Ecclesiasticam disciplinam fuerint institutæ, ut qui eas obtinerent, pietate præcellerent, aliisque exemplo essent, atque Episcopos opera, & officio juvarent: merito qui ad eas vocantur, tales esse debent, qui suo muneri respondere possint. (1) *Nemo igitur deinceps ad dignitates quascumque, quibus animarum cura subest, promoveatur, nisi qui saltem 25. suæ ætatis annum attigerit, & in Clericali Ordine versatus, doctrina ad suum munus exequendum necessaria, ac morum integritate commendetur, juxta Constitutionem Alexandri III. in Concilio Lateranensi promulgatam, quæ incipit:* (2) Cum in cunctis. *Ar-*

(1) Supra, Sess. 22. c. 2. (2) Vide infra, pag. VIII. in §. *Inferiora.*

Cardeaes, naõ seráõ julgados ter lugar em favor dos que tem Beneficios Ecclesiasticos, no concernente aos ditos Beneficios; mas ficaráõ sujeitos á jurisdiçaõ do Ordinario, naõ obstantes todas as prohibições contrarias.

CAPITULO XII.

Quaes devaõ ser os que haõ de ser promovidos a Dignidades, e Conesias das Igrejas Cathedraes; e qual seja a obrigaçaõ dos promovidos.

COmo as Dignidades foraõ instituidas, particularmente nas Igrejas Cathedraes, para conservar, e augmentar a disciplina Ecclesiastica; para que aquelles, que as possuem, se distingaõ em piedade, sejaõ de exemplo aos outros, e ajudem os Bispos com seu trabalho, e ministerio, com razaõ devem os que para ellas saõ chamados, ser taes, que possaõ corresponder á sua obrigaçaõ. Ninguem (1) pois daqui em diante seja promovido a Dignidades algumas das que tem Cura de almas, sem ter ao menos 25. annos de idade, e seja versado no estado Clerical, e recommendavel por doutrina, e inteireza de costumes, necessaria para desempenho da sua obrigaçaõ, conforme a Constituiçaõ de Alexandre III. promulgada no Concilio Lateranense, que principia: (2) *Cum in cunctis.* E os Arcediagos, que

Archidiaconi etiam, qui (1) *oculi dicuntur Episcopi, sint in omnibus Ecclesiis, ubi fieri poterit, Magistri in Theologia, seu Doctores, aut Licentiati in jure Canonico.* (2) *Ad ceteras autem dignitates, vel personatus, quibus animarum Cura nulla subest, Clerici alioquin idonei, & 22. annis non minores, adsciscantur. Provisi etiam de Beneficiis quibuscumque Curam animarum habentibus, teneantur, a die adeptæ possessionis, ad minus intra duos menses,* (3) *in manibus ipsius Episcopi, vel, eo impedito, coram generali ejus Vicario, seu Officiali, Orthodoxæ suæ* (4) *fidei publicam facere professionem, & in Romanæ Ecclesiæ obedientia se permansuros spondeant, ac jurent. Provisi autem de Canonicatibus, & Dignitatibus in Ecclesiis Cathedralibus, non solum coram Episcopo, seu ejus Officiali, sed etiam in Capitulo idem facere teneantur: alioquin prædicti omnes provisi, ut supra, fructus non faciant suos; nec illis possessio suffragetur.* (5) *Neminem etiam dein-ceps ad Dignitatem, Canonicatum, aut Portionem recipiant, nisi qui eo Ordine Sacro,*

aut

---

(1) Clem. I. Epist. 1. ad Jacobum. Anacletus. Epist. 1. C. *Diaconi.* Dist. 93. C. *Ad hæc, de offic. Archidiac.* (2) *Leges Ecclesiast.* tom. 1. pag. 228. art. 17. Pragmatic. Sanctio *de collationibus.* Edict. mens. Decembr. 1606. Declarat. mens. Decembr. 1736.

que saõ (1) chamados olhos dos Bispos, sejaõ em todas as Igrejas, quanto poder ser, Mestres em Theologia, ou Doutores, ou Licenciados em Direito Canonico. Para as mais (2) Dignidades porém, que naõ tem Cura de almas, sejaõ chamados Clerigos idoneos, e que naõ tenhaõ menos de 22. annos.

Os que fôrem providos em quaesquer Beneficios, que tenhaõ Cura de almas, estejaõ obrigados a fazer pública (3) profissaõ da sua Fé Orthodoxa, dentro de dous mezes contados do dia, em que tomáraõ posse, nas (4) máos do mesmo Bispo, ou, impedido elle, do seu Vigario, ou Official. Quanto aos providos em Conesias, e Dignidades das Cathedraes, naõ só na presença do Bispo, ou seu Official, mas tambem no Cabido, estaráõ obrigados a fazer a mesma profissaõ, e juramento; de outro modo nenhum dos ditos promovidos, como acima se disse, faça seus os fructos, nem a posse lhe aproveite. A ninguem (5) daqui em diante recebaõ á Dignidade de Conesia, ou Porçaõ, sem ter aquella Ordem Sacra, que a tal Dignidade

---

1736. 10. Jul. 1703. (3) Qui præterea ad professionem fidei teneantur, vide in Constit. Pii IV. In *Sacrosanta*, 1564. Infra pag. 34. (4) Conc. Tolet. IV. cap. 26. (5) C. 1. & seqq. *de Ætat. & qualit.* C. *Licet can.* C. *Cum ex eo, de elect.* in 6. Supra, Sess. 7. *de Reformat.* cap. 12.

aut sit initiatus, quem illa Dignitas, Præbenda, aut portio requirit, aut in tali ætate, ut infra tempus a jure, & ab hac sancta Synodo statutum initiari valeat. In omnibus vero Ecclesiis Cathedralibus omnes Canonicatus, ac Portiones habeant annexum Ordinem Presbyterii, Diaconatus, vel Subdiaconatus. Episcopus autem cum consilio Capituli designet, ac distribuat, prout viderit expedire, quibus quisque Ordo ex Sacris annexus in posterum esse debeat; ita tamen, ut dimidia saltem pars Presbyteri sint; cæteri vero Diaconi, aut Subdiaconi. Ubi vero consuetudo laudabilior habet, ut plures, vel omnes sint Presbyteri, omnino observetur. Hortatur etiam sancta Synodus, ut in Provinciis, ubi id commode fieri potest, dignitates omnes, & saltem dimidia pars Canonicatuum, in Cathedralibus Ecclesiis, & Collegiatis insignibus conferantur tantum Magistris, vel Doctoribus, aut etiam Licentiatis in Theologia, vel jure Canonico. Præterea obtinentibus in eisdem Cathedralibus, aut Collegiatis, Dignitates, Canonicatus, Præbendas, aut Portiones, (1) non liceat vigore cujuslibet statuti, aut consuetudinis ultra tres menses (2) ab eis-

(1) Supra, Sess. 23. *de Reformat.* cap. 1. (2) *Leges Ecclesiast.* (Gallic.) tom. 2. col. 120. art. 15. Bonifac. VIII. Cap. *Consuetudinem, de Cleric. non*

de, Prebenda, ou Porçaõ requer; ou com idade tal, que possa tomar a dita Ordem, dentro do tempo estabelecido pelo Direito, e por este santo Concilio. Em todas as Igrejas Cathedraes, todas as Conesias, e Porções tenhaõ annexa a Ordem de Presbytero, Diacono, ou Subdiacono; e o Bispo com conselho do Cabido designará, e distribuirá, como vir que he conveniente, ás quaes por diante ha de ser annexa cada huma das Ordens; em fórma porém, que ao menos a metade sejaõ Presbyteros, e os mais Diacõnos, ou Subdiaconos: onde porém se observa o mais louvavel costume, de que todos sejaõ Presbyteros, este se observe inteiramente. Exhorta tambem o santo Concilio, que naquellas Provincias, onde isto possa ser commodamente, todas as Dignidades, e ao menos a metade das Conesias das Igrejas Cathedraes, e Collegiadas insignes, se confiraõ só a Mestres, ou Doutores, ou tambem a Licenciados em Theologia, ou em Direito Canonico. Além disto, os que possuem nestas Cathedraes, ou Collegiadas, Dignidade, Conesias, Prebendas, ou Porções, naõ possaõ (1) por força de nenhum Estatuto, ou Costume estar ausentes das mesmas Igrejas por mais de tres mezes (2) em cada anno:

sal-

---

non residentib. in 6. Sententia Parlamenti Paris. 20. Maii. 1669. *Diar. Palat.* tom. 1. pag. 80.

magis Ecclesia ejusmodi remedium imploraret. Nos autem post susceptum Sedis Apostolicæ regimen, tam necessarium, ac salutare opus, sicut Pastoralis sollicitudo monebat, Divinæ misericordiæ fiducia perficere aggressi, adjuti pio studio Charissimi in Christo Filii nostri Ferdinandi Romanorum Imperatoris electi, & aliorum Christianorum Regum, Rerumpublicarum, ac Principum, tandem consecuti sumus, quod nec diurnis, nec nocturnis curis elaborare destitimus, quodque a Patre luminum assidue precati sumus. Cum enim eam in Urbem undique ex Christiani nominis nationibus convenisset, nostris convocata litteris, & sua etiam ipsorum pietate excitata, Episcoporum, & aliorum insignium Prælatorum maxima, & Œcumenico Concilio digna frequentia, præter plurimos alios pios, & sacrarum Litterarum scientia, Divinique, & Humani juris cognitione præstantes viros, præsidentibus ipsi Synodo Sedis Apostolicæ Legatis, nobis adeo Concilii libertati faventibus, ut etiam de rebus Sedi Apostolicæ proprie reservatis, liberum ipsi Concilio arbitrium per Litteras ad Legatos nostros scriptas, ultro permiserimus, quæ de Sacramentis, & aliis rebus, quæ quidem necessariæ visæ sint, tractandæ, definiendæ, & statuendæ restabant, ad confutandas Hæreses, ad tollendos abusus, & emendandos mores, a sacrosancta Synodo summa libertate, diligentiaque tractata, & accura-

te,

quando a Igreja cada dia mais implorava este remedio. Nós porém tendo recebido o governo da Sé Apostolica, accommettendo o completar taõ necessaria, e saudavel obra, como nos admoestava o cuidado Pastoral, com confiança na Misericordia Divina, ajudados do piedoso cuidado do nosso Carissimo Filho em Christo Fernando, eleito Imperador dos Romanos, e dos mais Reis Christãos, Republicas, e Principes, conseguimos em fim o que naõ deixámos de trabalhar de dia, nem de noite, e o que continuamente pediamos ao Pai das luzes. Concorrendo pois de toda a parte naquella Cidade de todas as Nações do nome Christaõ, convocado com as nossas Letras, e tambem excitado pela summa piedade dos Bispos, e outros insignes Prelados, e concurso digno de hum Concilio Ecumenico; além de outros Varões pios, e insignes em sciencia de Letras sagradas, e conhecimento do Direito Divino, e Humano, presidindo no mesmo Concilio os Legados da Sé Apostolica, e favorecendo-nos tanto a liberdade do Concilio, que ainda das cousas propriamente reservadas a Sé Apostolica, livremente permittimos por Cartas escritas aos nossos Legados ao Concilio, o julgar livremente o que o S. Concilio tratou com summa diligencia, e liberdade, e o que com a maior exacçaõ, e madureza definio, explicou, e estabeleceo ácerca dos Sacramentos, e outras cousas que parecêraõ necessarias, e faltavaõ por tratar,

te, ac mature admodum definita, explicata, ſtatuta ſunt. Quibus rebus perfectis, Concilium tanta omnium, qui illi interfuerunt, concordia peractum fuit, ut conſenſum eum plane a Domino effectum fuiſſe conſtiterit, idque in noſtris, atque omnium oculis valde mirabile fuerit. Pro quo tam ſingulari Dei munere ſupplicationes ſtatim in alma hac Urbe indiximus, quæ magna Cleri, & Populi pietate celebrata fuerunt, laudesque, & gratias Divinæ Majeſtati merito perſolvendas curavimus: cum ejusmodi Concilium exitus ſpem magnam, & prope certam attulerit, fore, ut majores in dies fructus ad Eccleſiam ex ipſius Decretis, Conſtitutionibusque perveniant. Cum autem ipſa ſancta Synodus pro ſua erga Sedem Apoſtolicam reverentia, antiquorum etiam Conciliorum veſtigiis inhærens, Decretorum ſuorum omnium, quæ noſtro, & Prædeceſſorum noſtrorum tempore facta ſunt, Confirmationem a nobis petierit, Decreto de ea re in publica Seſſione facto: Nos ex Legatorum Litteris prius, deinde poſt reditum eorum, ex iis, quæ Synodi nomine diligenter retulerunt, poſtulatione ipſius Synodi cognita, habita ſuper hac re cum Venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus deliberatione matura, Sanctique Spiritus in primis auxilio invocato, cum ea Decreta omnia Catholica, &

Po-

decidir, e estabelecer; para confutar as Heresias, arrancar abusos, e emendar os costumes. E sendo isto executado, se concluío com tanta concordia dos que a elle estiveraõ presentes, que claramente se vio ser semelhante consentimento obra do Senhor, e de grande admiraçaõ nos nossos olhos, e nos de todos. Por cujo singular beneficio de Deos publicámos logo Preces nesta piedosa Cidade, que foraõ celebradas com grande piedade do Clero, e Povo; e cuidámos em que á Divina Magestade se déssem as devidas graças, e louvores: por quanto o exito do mesmo Concilio dava huma grande, e quasi certa esperança, de que dos seus Decretos, e Constituições redundassem cada dia maiores fructos para a Igreja. Como pois o mesmo santo Concilio pela sua reverencia para com a Sé Apostolica, unindo-se tambem aos vestigios dos antigos Concilios, nos pedio a Confirmaçaõ de todos seus Decretos, que se fizeraõ em nosso tempo, e no de nossos Predecessores, feito sobre esta materia Decreto em pública Sessaõ: Nós conhecendo o requerimento do Concilio, primeiro pelas Cartas dos Legados, e depois pela Relaçaõ que nos fizeraõ os que depois voltáraõ do Concilio: havida madura deliberaçaõ sobre este negocio com os Veneraveis nossos Irmãos Cardeaes da S. Romana Igreja, e invocado primeiramente o auxilio do Espirito Santo, conhecendo serem todos aquelles Decretos Catholicos, e saudaveis ao Po-

Populo Christiano utilia, ac salutaria esse cognovissemus, ad Dei omnipotentis laudem, de eorumdem Fratrum nostrorum consilio, & assensu, in Consistorio nostro secreto, illa omnia, & singula auctoritate Apostolica hodie confirmavimus, & ab omnibus Christi Fidelibus suscipienda, ac servanda esse decrevimus; sicut harum quoque Litterarum tenore, ad clariorem omnium notitiam confirmamus, & suscipi, observarique decernimus. Mandamus autem in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis a sacris Canonibus constitutis, aliisque gravioribus, etiam privationis, arbitrio nostro infligendis, universis, & singulis Venerabilibus Fratribus nostris, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis quibusvis Ecclesiarum Prælatis, cujuscumque status, gradus, ordinis, & dignitatis sint, etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, ut eadem Decreta, & Statuta in Ecclesiis suis, Civitatibus, & Diœcesibus, in Judicio, & extra Judicium diligenter observent, & a subditis quisque suis, ad quos quomodolibet pertinet, inviolabiliter faciant observari: contradictores quoslibet, & contumaces per sententias, Censuras, & pœnas Ecclesiasticas, etiam in ipsis Decretis contentas, Appellatione postposita compescendo; invocato etiam, si opus fuerit, brachii Secularis auxilio. Ipsum vero Charissimum Filium nostrum Imperatorem electum, caterosque Reges, Respublicas, ac Principes Christianos

vo Christaõ; para louvor de Deos omnipotente, com conselho, e consentimento dos mesmos nossos Irmãos, confirmámos hoje no nosso Consistorio secreto todas, e cada huma das cousas com authoridade Apostolica; e decretámos se recebessem, e guardassem por todos os Fiéis de Christo; assim como pelo theor das presentes Letras para mais clara noticia de todos as confirmamos, e determinamos sejaõ recebidas, e observadas. Mandamos pois em virtude de santa obediencia, e debaixo das penas estabelecidas nos sagrados Canones, e outras mais graves a todos, e a cada hum dos nossos Veneraveis Irmãos Patriarchas, Arcebispos, Bispos, e outros quaesquer Prelados das Igrejas, de qualquer estado, grão, ordem, e dignidade que sejaõ, ainda que resplandeçaõ com a honra Cardinalicia, que observem diligentemente os mesmos Decretos, e Estatutos nas suas Igrejas, Cidades, e Dioceses, em Juizo, e fóra de Juizo: refreando quaesquer oppositores, e contumazes com Sentenças, Censuras, e penas Ecclesiasticas, ainda conteúdas nos mesmos Decretos, sem embargo de Appellaçaõ; invocado tambem, se for necessario, o auxilio do braço Secular. Tambem admoestamos, e pelas entranhas de Nosso Senhor Jesu Christo instantemente rogamos ao Carissimo nosso Filho eleito Imperador, e aos demais Reis, Republicas, e Principes Christãos; que com aquel-

la

stianos monemus, & per viscera misericordiæ Domini nostri Jesu Christi obtestamur, ut, quæ pietate Concilio per Oratores suos assuerunt, eadem pietate, ac pari studio, divini honoris, & populorum suorum salutis causa, pro Sedis quoque Apostolicæ, & sacræ Synodi reverentia, ad ejusdem Concilii exequenda, & observanda, decreta Prælatis, cum opus fuerit, auxilio, & favore suo adsint, neque adversantes sanæ, ac salutari Concilii doctrinæ opiniones à populis ditionis suæ recipi permittant, sed eas penitus interdicant. Ad vitandam præterea perversionem, & confusionem, quæ oriri posset, si unicuique liceret, prout ei liberet, in decreta Concilii commentarios, & interpretationes suas edere: Apostolica auctoritate inhibemus omnibus, tam Ecclesiasticis personis, cujuscumque sint ordinis, conditionis, & gradus, quam Laicis, quocumque honore, ac potestate præditis, Prælatis quidem sub interdicti ingressus Ecclesiæ, aliis vero, quicumque fuerint, sub Excommunicationis Latæ sententiæ pœnis, ne quis sine auctoritate nostra audeat ullos Commentarios, Glossas, Annotationes, Scholia, ullumve omnino interpretationis genus super ipsius Concilii Decretis quocumque modo edere, aut quidquam quocumque nomine, etiam sub prætextu majoris decretorum corroborationis, aut executionis, aliove quæsito colore, statuere. Si cui vero in eis aliquid obscurius dictum, & statutum fuisse, eamque ob causam

la piedade; com que assistiraõ ao Concilio pelos seus Oradores, com a mesma piedade, e defvélo, com o mesmo auxilio, e favor assistaõ aos Prelados, quando for necessario, por causa da honra de Deos, e salvaçaõ de seus Póvos, pela reverencia tambem da Sé Apostolica, e do sagrado Concilio, para executar, e observar os Decretos do mesmo Concilio; nem permittaõ sejaõ recebidas pelos Póvos de seus Dominios as opiniões contrarias á sá, e saudavel doutrina do Concilio, mas as prohibaõ totalmente. Além disto para evitar a perversaõ, e confusaõ, que poderia nascer, se cada hum podesse á sua reveria publicar Cómentarios, e interpretações suas, prohibimos a todos com authoridade Apostolica, assim pessoas Ecclesiasticas de qualquer ordem, condiçaõ, e grão, como Leigos de qualquer honra, e poder que gozem; aos Prelados com pena de interdicto de entrar na Igreja, e aos mais quaesquer que sejaõ, com pena de Excommunhaõ *Latæ sententiæ*; que nenhum sem nossa authoridade se atreva em modo algum a publicar Cómentarios alguns, Glossas, Annotações, Escolios, ou algum genero de interpretaçaõ, sobre os Decretos do mesmo Concilio; ou estabelecer cousa alguma com qualquer nome, ainda com o pretexto de maior corroboraçaõ dos Decretos, ou de execuçaõ, nem qualquer outra côr. Se alguma cousa porém nelles houver, que parecer estabelecido, ou dito com alguma escuridade,

ſam interpretatione, aut deciſione aliquâ egere viſum fuerit, aſcendat ad locum, quem Dominus elegit, ad Sedem videlicet Apoſtolicam, omnium Fidelium magiſtram, cujus auctoritatem etiam ipſa ſancta Synodus tam reverenter agnovit. Nos enim difficultates, & controverſias, ſi quæ ex eis Decretis ortæ fuerint, nobis declarandas, & decidendas, quemadmodum ipſa quoque ſancta Synodus decrevit, reſervamus, parati, ſicut ea de nobis merito confiſa eſt, omnium Provinciarum neceſſitatibus, ea ratione, quæ commodior nobis viſa fuerit, providere. Decernentes nihilominus irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Ut hæc autem ad omnium notitiam perveniant, neque quis excuſatione ignorationis uti poſſit, volumus, & mandamus, ut hæ Litteræ per aliquos Curiæ noſtræ Curſores in Baſilica Vaticana Principis Apoſtolorum, & in Eccleſia Lateranenſi tunc, cum in eis Populus, ut Miſſarum ſolemnibus interſit, congregari ſolet, palam, & clara voce recitentur; & poſtquam recitatæ fuerint, ad valvas earum Eccleſiarum, itemque Cancellariæ Apoſtolicæ, & in loco ſolito Campi Floræ affigantur; ibique, ut legi, & omnibus innoteſcere poſſint, aliquantiſper relinquantur. Cum autem inde amovebuntur, relictis de more ibidem exemplis, in alma Urbe ad impreſſionem tradantur, quo commodius

per

dade; e por esta causa parecer necessitar de alguma interpretaçaõ, ou decisaõ, suba ao lugar que o Senhor elegeo; a saber, á Sé Apostolica, Mestra de todos os Fiéis, cuja authoridade reconheceo o mesmo santo Concilio com tanta reverencia. Por quanto Nós, segundo decretou o mesmo santo Concilio, reservamos a Nós o declarar, e dicidir as difficuldades, e controversias, se algumas se levantassem ácerca daquelles Decretos: promptos, como elle mesmo esperou de nós, a acudir ás necessidades de todas as Provincias, pelo modo que nos parecer mais commodo; declarando com tudo nullo, e vaõ o que sciente, ou ignorantemente succeder attentar nesta materia, com qualquer authoridade. Para que pois estas cousas cheguem á noticia de todos, e ninguem se possa valer da escusa de ignorancia; queremos, e mandamos que estas Letras sejaõ recitadas publicamente em voz clara por alguns Cursores da nossa Curia, na Basilica Vaticana do Principe dos Apostolos, e na Igreja Lateranense, na occasiaõ em que o Povo se costuma congregar para assistir á solemnidade da Missa; e depois que forem recitadas, se fixem nas portas daquellas Igrejas, e da Chancellaria Apostolica, e no costumado lugar do Campo de Flora, e ahi se deixem estar por algum tempo, para que possaõ ser lidas, e notorias a todos. E quando dalli se tirarem, deixados exemplares na fórma costumada, se entregaráõ á

im-

per Christiani nominis Provincias, & Regna divulgari possint. Transumptis quoque earum, quæ manu alicujus publici Notarii scripta, subscriptave, & sigillo, ac subscriptione alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munita fuerint, fidem sine ulla dubitatione haberi mandamus, atque decernimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Confirmationis, Monitionis, Inhibitionis, Reservationis, Voluntatis, Mandatorum, & Decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datam Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1564. 7. Kalend. Februarii. Pontificatus nostri anno quinto.

Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Ego F. Card. Pisanus, Episcopus Ostien. Decanus.

Ego Fed. Card. Cæsius, Episcopus Portuen. &c.

ORA-

impreſſaõ neſta Cidade, para mais facilmente ſe poderem divulgar pelas Provincias, e Reinos do nome Chriſtaõ. E tambem aos Traſlados dellas, que forem eſcritos, ou ſobſcritos por maõ de algum público Notario, e munidos com o ſello, e ſobſcripçaõ de alguma peſſoa Eccleſiaſtica conſtituida em Dignidade, mandamos, e determinamos ſe lhe dê fé, ſem alguma dúvida. A ninguem pois totalmente ſeja licito infringir eſta pagina da noſſa Confirmaçaõ, Moniçaõ, Inhibiçaõ, Reſervaçaõ, Vontade, Mandados, e Decretos, nem contrarialla com reſoluçaõ temeraria. E ſe alguem ſe reſolver ao executar aſſim, ſaiba que incorrerá na indignaçaõ de Deos Omnipotente, e de ſeus Bemaventurados Apoſtolos Pedro, e Paulo.

Dada em Roma em S. Pedro, a 26. de Janeiro, no anno da Incarnaçaõ do Senhor de 1564. o quinto do noſſo Pontificado.

Pio, Biſpo da Igreja Catholica.

F. Cardeal de Piza, Biſpo de Oſtia, Daiam.

Fred. Card. Ceſio, Biſpo do Porto. &c.

NU-

ORATIO

Habita in Sessione nona, & ultima sacri Concilii Tridentini, celebrata duobus continuis diebus 3, e 4. Decemb. 1563. sub Pio IV. Pont. Max. A. R. D. Hieronymo Ragazzono, Veneto, Episcopo Nazianzeno, & Coadjutore Famaugustano.

1 *AUdite hæc omnes Gentes, auribus percipite omnes, qui habitatis Orbem, Tridentinum Concilium jamdiu cœptum, aliquando intermissum, distractum varie, atque divulsum, nunc demum singulari Dei omnipotentis beneficio, summa, atque incredibili omnium Ordinum, ac Nationum voluntate connectitur, atque perficitur. Dies hæc quidem felicissima Christiano populo illuxit, in qua templum Domini disturbatum frequenter, ac dissipatum reficitur, & absolvitur: & navis hæc una bonorum omnium ex maximis, ac diuturnis turbinibus, atque fluctibus tuta in portu collocatur, quam utinam conscendere nobiscum ii voluissent, quorum in primis gratia hæc ipsa navigatio instituta fuit: atque ædificii hujus construendi participes extitissent, qui hoc nobis negotium exhibuerunt: majores nunc profecto lætitiæ causam haberemus. Sed nostra id certe culpa non accidit.*

2 *Nos Urbem hanc in Germaniæ faucibus, id est, in domibus illorum fere limine positam elegimus, nos custodiam nullam nobis, ne suspicionem illis aliquam minus liberi loci daremus, adhibuimus: nos eam fidem publicam illis concessimus, quam sibi ipsi composuerunt: nos hic illos perdiu expectavimus, neque hortari, ac rogare unquam destitimus,*

ut

ORAÇAÕ,

Que recitou o M. R. P. D. Jeronymo Ragazonio, Veneſiano, Biſpo Nazianzeno, e Coadjutor de Famagusta, na Seſſaõ 25. do Concilio de Trento, que ſe celebrou nos dias 3, e 4. de Dezembro do anno de 1563.

1 OUvi todas as gentes o que vos digo, dai-me attençaõ todos os habitadores do Orbe. O Concilio Tridentino, que ha tanto foi principiado, e por algum tempo interrompido, e desfeito, agora alfim por ſingular beneficio de Deos Omnipotente, com ſummo, e incrivel contentamento de todas as Ordens, e Nações o vemos junto, e acabado. Hum dia na verdade feliciſſimo amanheceo ao povo Chriſtaõ, em que o templo do Senhor arruinado, e deſtruido, he reparado, e perfeito: e eſte ſeguro baixel de todos os bons, depois das maiores tempeſtades, e tormentas, chega ao porto ſeguro. Oxalá que nelle quizeſſem entrar aquelles, que deraõ cauſa a fazer-ſe eſta navegaçaõ! teriaõ parte na fabrica deſte edificio os que deraõ a eſta empreza, e ſeria ſem duvida maior o motivo da noſſa alegria. Mas por certo que naõ ſuccedeo aſſim por noſſa culpa.

2 Elegemos eſta Cidade, ſituada na entrada de Alemanha, iſto he, quaſi junto ás ſuas portas: naõ aggregamos á nós guardas nenhumas, para lhes naõ darmos a menor ſuſpeita de lugar menos livre: nós lhe démos palavra pública, do modo que elles a quizeraõ: nós eſperámos muito tempo, naõ ceſſando de os admoeſtar, e rogar, a que vieſſem,

ut ad veritatis lucem cognoscendum accederent. Verum illis etiam absentibus factis, ut puto, a nobis consultum est. Etenim cum duo essent, in quibus ægris, atque infirmis illorum animis medicina fuit adhibenda, alterum Fidei Catholicæ, ac vere Evangelicæ illis in rebus, quæ in dubium ab ipsis vocantur, quæque opportunæ his temporibus viderentur, explicata, & confirmata, disjectis omnibus, ac dissipatis errorum tenebris, doctrina: alterum disciplinæ Ecclesiasticæ, cujus potissimum depravatione illi se a nobis defeciſſe affirmant, restitutio: utrumque, quantum in nobis fuit, pro temporum horum ratione, cumulate præstitimus.

3 *Principio enim sancta hæc Synodus (facta ex laudabili majorum nostrorum consuetudine suæ fidei professione) ut quoddam quasi fundamentum futuris actionibus poneret, & quibus testimoniis, atque præsidiis in dogmatibus sanciendis nitendum esset, ostenderet, Veteris, ac Novi Testamenti Libros, qui essent sine ulla dubitatione recipiendi, antiquorum Conciliorum probatissimorum exemplo, pie, & prudenter enumeravit, ac, ne de verbis quidem ulla ex variis versionibus oriri posset difficultas, certam, ac definitam de Græcis, & Hebræis translationem approbavit.*

4 *Hinc omnium Hæresum caput, atque arcem aggrediens, de humanæ naturæ corruptis initiis ea statuit, quæ veritas ipsa, si loqui posset, exprimeret.*

5 *De Justificatione deinceps (res magna, & cum ab antiquis, tum a nostri temporis Hæreticis mirum in modum oppugnata) ea definivit, quibus*

&

para conhecer a luz da verdade. E ainda eſtando elles auſentes, quanto a mim, attendemos aſsás ao ſeu proveito. Pois havendo duas couſas, em que ſeus animos fracos, e enfermos neceſſitavaõ de medicina: huma pertencente á Fé Catholica, e verdadeiramente Evangelica: explicada, e eſtabelecida a doutrina, no que pareceo opportuno ao tempo preſente, e impugnados, e diſſipados ſeus erros, nas materias que elles poem em dúvida. Outra tocante á diſciplina Eccleſiaſtica, por cuja depravaçaõ elles diziaõ principalmente ſe haviaõ ſeparado de nós: a huma, e outra couſa cabalmente ſatisfizemos, quanto em nós foi, ſegundo o tempo o permittio.

3 Primeiramente eſte ſanto Concilio (feita a ſua Profiſſaõ de fé, confórme o louvavel coſtume de noſſos maiores) para lançar como hum alicerſe ás ſeguintes Seſsões, e moſtrar os teſtemunhos, e ſoccorros em que ſe havia fundar, no eſtabelecimento dos Dogmas, nomeou os Livros do Velho, e Novo Teſtamento, que ſe haviaõ ſem dúvida alguma receber; ſeguindo piedoſa, e prudentemente o exemplo dos antigos, e mais approvados Concilios. E para que naõ ſe originaſſe difficuldade alguma, naſcida dos vocabulos das diverſas Verſões, approvou certa, e determinada Verſaõ dos exemplares Gregos, e Hebraicos.

4 Depois diſto accommettendo a cabeça, e o aſylo de todas as Hereſias, eſtabeleceo ácerca dos principios da corrupçaõ da humana natureza, aquellas couſas, que a propria verdade diria, ſe podeſſe fallar.

5 Ademais definio ſobre a Juſtificaçaõ (materia de grande monta, impugnada fortemente dos Hereges antigos, e dos de noſſos tempos) definio

& pernicioſiſſimis eo in genere opinionibus occurreretur, & recte ſentiendi ratio miro quodam ordine, atque admirabili ſapientia (ut in illis Dei ſpiritum facile agnoſcas) demonſtraretur, præſtantiſſimo hoc poſt hominum memoriam decreto Hæreſes fere univerſæ jugulantur, & quaſi caligo Solc, diſcutiuntur, ac diſpelluntur, eaque claritas, iſque ſplendor veritatis apparet, ut tantum lumen, qui videat, diſſimulare jam nemo poſſit.

6 Subſecuta eſt ſalutaris ſeptem divinorum Eccleſiæ Sacramentorum tractatio: primum ſimul de omnibus, poſt de unoquoque ſeparatim. Hic vero quis non videt, quam diſtincte, explicate, abundanter illuminata, (& quod caput eſt) vere tota cæleſtium horum myſteriorum ratio contineatur? Quis in tam magna, multiplicique doctrina, quid aut ſequendum, aut fugiendum ſit, poteſt ullo modo deſiderare? quis in illis omnibus errandi locum, aut occaſionem inveniet? quis denique de Sacramentorum horum vi, atque virtute dubitare in poſterum poterit, cum gratiam illam, quæ illis ipſis, quibusdam quaſi ſtillicidiis, in fidelium quotidie mentes illabitur, tunc nobis affuiſſe tam copioſe perſpiciatur?

7 Acceſſerunt ad hæc de ſacroſancto Miſſæ Sacrificio, & de Communione ſub utraque ſpecie, & Baptiſmo parvulorum Decreta, quibus quidem nihil ſanctius, nihil utilius, ut de Cœlo lapſa, non ab hominibus compoſita videantur.

8 Adjungitur his hodie certa de Indulgentiis, de Purgatorio, de Sanctorum veneratione, invocatione, imaginibus, & reliquiis doctrina, qua non ſolum Hæreticorum fraudibus, & calumniis obſiſtetur, ſed piorum etiam Catholicorum conſcientiis plane ſatisfiet.

Hæc

o que he opposto ás suas perniciosissimas opiniões; e com que se demonstrasse o caminho de discorrer com acerto, com huma admiravel ordem, e admiravel sabedoria: em que bem se dava a conhecer o Espirito de Deos. Com este Decreto, o mais excellente de que ha memoria, se degollaõ quasi todas as Heresias, e se desfazem, e desvanecem como sombra á vista do Sol; e se manifesta tal claridade, e resplandor, que ninguem já póde dissimular, que naõ vê taõ grande luz.

6 Seguio-se o saudavel tratado dos sete Sacramentos: primeiro, de todos juntos; depois, de cada hum em particular. Quem naõ vê aqui, com que distincçaõ, abundancia, illustraçaõ, (e o principal) com que verdade, se encerra tudo o pertencente a estes Mysterios celestiaes? Quem poderá, em taõ ampla, e multiplicada doutrina, notar falta alguma, tanto no que se deve seguir, como no que se deve evitar? Quem poderá em nenhum delles encontrar occasiaõ de erro? Quem finalmente poderá daqui em diante duvidar da efficacia, e virtude destes Sacramentos, vendo-se claramente, que aquella graça, que á maneira de orvalho quotidianamente cahe sobre as almas dos Fieis, nos foi concedida em tanta copia?

7 A isto se ajuntaraõ os Decretos do santo Sacrificio da Missa, da Communhaõ de ambas as especies, e do Baptismo dos infantes: nenhuns mais santos, nem mais uteis, em tal fórma que parecem descidos do Ceo, e naõ compostos por homens.

8 Hoje se lhe ajuntará a doutrina certa ácerca das Indulgencias, do Purgatorio, da veneraçaõ dos Santos, da sua invocaçaõ, das suas imagens, e reliquias: com a qual naõ só seraõ reprimidas as fraudes, e calumnias dos Hereges, mas ficaráõ satis-

Hæc de rebus ad salutem nostram pertinentibus, quæ Dogmata appellantur, fausse, ac feliciter erunt peracta: neque aliud quicquam præterea eo in genere a nobis hoc tempore expectabatur.

9 *In eorum autem quibusdam administrandis cum nonnulla essent, quæ non rite omnino, ac recte servarentur, accuratissime, Patres amplissimi, curastis, ut pure illa, & caste, atque ex more, institutoque majorum tractarentur. Ita omnem superstitionem, omnem quæstum, omnem (ut dicunt) irreverentiam a divina Missarum celebratione abstulistis, vagis, ignotis, & criminosis Sacerdotibus sanctum hoc offerre sacrificium interdixistis; rei hujus sacratissimæ usum a privatis domibus, & profanis in sacra, & religiosa loca revocastis; molliores cantus, & symphonias, deambulationes, colloquia, negotiationes a templo Domini summovistis.*

10 *Ita Ecclesiastico unicuique gradui leges illæ a vobis præscriptæ sunt, ut tradito illis divinitus ordine abutendi nullus utique locus relinquatur.*

11 *Ita nonnulla Matrimonii impedimenta, quæ ansam quasi quandam ad violanda Ecclesiæ præcepta dare videbantur, removistis: facile veniæ consequendæ viam minus legitime connubii fœdus ineuntibus intercluseristis. Quid de furtivis, tenebricosisque Matrimoniis commemorem? Equidem ita sentio, si alia nulla causa convocandi Concilium fuisset (quæ multæ, & maximæ fuerunt) propter unam hanc id omnino fuisse faciendum. Nam cum res hæc ad omnes spectet, neque ullus in Orbe terrarum universo angulus reperiatur, quem labes hæc non invaserit: curandum merito fuisset, ut communi huic malo com-*

feitas as consciencias dos pios, e Catholicos. Assim se concluirá prospera, e felizmente o que toca ás materias da nossa salvaçaõ, que se chamaõ Dogmas: nem de nós se esperava geralmente alguma outra cousa no tempo presente.

9 Mas como na administraçaõ dos ditos Mysterios se observassem algumas cousas com menos regra, e acerto, cuidastes, Padres amplissimos, em que elles fossem tratados pura, e castamente, e conforme o costume, e instituiçaõ dos maiores. Por cuja causa removestes da divina celebraçaõ das Missas toda a superstiçaõ, todo o ganho, toda (como se costuma dizer) a irreverencia. Prohibistes, que offerecessem este Sacrificio os Sacerdotes vagabundos, desconhecidos, e criminosos: transferistes o exercicio desta acçaõ sacratissima das casas particulares para os lugares sagrados, e religiosos: apartastes as canções lascivas, as sinfoninhas, os passeios, as conversações, e negociações do Templo do Senhor.

10 A cada hum dos gráos da Igreja prescrevestes leis taes, que nenhum lugar lhes fica de abusar da Ordem, que por Deos lhes foi conferida.

11 Deste modo removestes alguns impedimentos do Matrimonio, que pareciaõ dar causa a violar alguns preceitos da Igreja. Fechastes o caminho de conseguirem perdaõ, aos que sem a devida legitimidade contrahiaõ desposorios. Que direi dos Matrimonios furtivos, e occultos? Por certo tenho, que ainda que naõ houvesse outra alguma causa, (que foraõ muitas, e as maiores) esta só unicamente bastava para se convocar o Concilio. Porque como esta materia toca a todos, nem se achará lugar algum no Orbe, onde esta macula naõ chegasse, com razaõ se devia cuidar em acudir a

communi etiam consilio providebetur. Innumerabilium, Patres sanctissimi, & gravissimorum delictorum, ac scelerum occasio prudentissima ista vestra, ac prope divina sanctione penitus ablata est, & Christianæ Reipublicæ gubernationi sapientissime consultum.

12 Accedet ad hæc utilis in primis, ac necessaria multorum in Purgatorii, Sanctorum venerationis, invocationis, imaginum, & Reliquiarum, atque etiam Indulgentiarum ratione abusuum interdictio, qui ipsarum pulcherrimam faciem inquinare, atque turpare mirum in modum videbantur.

13 Altera vero pars, in qua de labenti, ac prope cadenti Ecclesiastica disciplina fulcienda, erat agendum, diligentissime etiam absoluta fuit, atque perfecta.

14 Eligentur in posterum ad Ecclesiastica munera obeunda, qui virtute, non ambitione præstent, quique populi commodo, non suis inserviant, & prosint potius, quam præsint.

15 Enuntiabitur, atque explanabitur frequentius, & studiosius verbum Domini, omni ancipiti gladio penetrantius.

16 Aderunt suis gregibus, & invigilabunt Episcopi, cæterique, quibus animarum cura commissa est, neque extra creditam sibi custodiam vagabuntur.

17 Nihil cuiquam proderunt, aut ad impure, & flagitiose vivendum, aut ad male, & perniciose docendum privilegia, nullum sine pœna crimen, nulla sine præmio virtus relinquetur.

18 Pauperum, & mendicantium Sacerdotum multitudini optime provisum est: certæ unusquisque Ecclesiæ, statutoque operi, unde ali possit, adscribetur.

Ava-

hum mal commum com huma providencia universal. Com este vosso prudentissimo, e quasi divino Decreto, Padres santissimos, arrancastes totalmente as occasiões de innumeraveis, e gravissimos peccados, e sapientissimamente acudistes ao governo da Republica Christã.

12 A isto se juntará a utilissima, e necessaria prohibiçaõ de muitos abusos no tocante ao Purgatorio, veneraçaõ dos Santos, sua invocaçaõ, suas imagens, e reliquias, e tambem as Indulgencias: que pareciaõ manchar, e affear incrivelmente a admiravel formosura de todas estas cousas.

13 Quanto á outra parte, em que se devia tratar, de manter a disciplina Ecclesiastica, que vacilava, e quasi cahia, com a maior diligencia foi concluida, e aperfeiçoada.

14 Daqui em diante seraõ eleitos para os empregos Ecclesiasticos os que excederem em virtude, e naõ em ambiçaõ: os que cuidarem nos cómmodos do povo, e naõ nos seus: os que mais aproveitarem, do que governarem.

15 Será annunciada, e explicada com mais frequencia, e desvélo a palavra divina, mais penetrante que a espada de dous fios.

16 Assistiráõ a seus rebanhos vigilantes os Bispos, e os mais, a quem está entregue o cuidado das almas; e naõ andaráõ vagabundos por fóra do seu districto.

17 A ninguem aproveitaráõ privilegios, para viver lasciva, e criminosamente: nem para dar má, e pernicioza doutrina: nenhum delicto ficará sem castigo, nenhuma virtude sem premio.

18 Deo-se optima providencia á multidaõ de Sacerdotes pobres, e mendigos; e se lhe asseguráraõ Igejas certas, e empregos determinados, donde se possaõ sustentar.

A

19 *Avaritia, quo nullum vitium eſt tetrius, præſertim in domo Dei, ab ea omnino tolletur: gratis Sacramenta omnia, ut par eſt, conferentur.*

20 *Ex una Eccleſia plures, ex pluribus una, ut Populi commodum, & ratio poſtulabit, conſtituetur.*

21 *Eleemoſynarum Quæſtores (ut appellant) qui ſua, non quæ Jeſu Chriſti, quærentes, magnum noſtræ Religioni damnum, magnam infamiam afferebant, ex omni hominum memoria (quod ſummæ felicitatis loco ponendum eſt) penitus evellentur. Hinc noſtra præſens calamitas ſumpſit exordium: hinc ſerpere infinitum malum, manareque in dies latius non deſiſtebat, neque occurri illi adhuc multorum Concilio cautionibus, ac proviſionibus potuit. Quamobrem quis nonniſi ſapientiſſime factum dixerit, ut membrum hoc, in quo ſanando diu, ac multum fruſtra laboratum eſt, ne reliquo corpori noceret, excideretur?*

22 *Porro Deo cultus tribuetur purius, & accuratius, atque ita qui ferunt vaſa Domini, mundabuntur, ut ad ſui imitationem alios trahant. In quo præclare illud fuit excogitatum, ut, qui ſacris eſſent initiandi, iis moribus, atque literis in unaquaque Eccleſia a prima ætate inſtituerentur, ut quoddam quaſi virtutum omnium Seminarium illud exiſteret.*

23 *Jam vero Provincialibus Synodis reſtitutis, Viſitationibus ad Populorum utilitatem, non ad querelam, & ſumptum renovatis, tradita Paſtoribus regendi ſuos, atque paſcendi commodius facultate,*

19 A avareza, vicio o mais enorme de todos, principalmente na Caia de Deos, será della inteiramente arrancado: conferirse-haõ, como he justo, de graça todos os Sacramentos.

20 De huma Igreja se faraõ muitas, e de muitas huma, segundo o pedir a razaõ, e a utilidade do povo.

21 Os chamados Questores das esmolas, que buscando as suas cousas, e naõ as de Jesu Christo, causavaõ grande damno á nossa Religiaõ, serão arrancados (o que deve ter-se pela maior felicidade) inteiramente da memoria dos homens. Daqui teve principio a nossa calamidade presente: daqui brotou sem fim, sem cessar de lavrar largamente cada vez mais, sem até agora ser possivel atalhar-se, com as cautélas, e providencias de muitos Concilios. Sendo isto assim, quem naõ dirá, ser estabelecimento sapientissimo, que hum tal membro, em cujo curativo se tem empregado tanto tempo, e trabalho debalde, se cortasse, para naõ inficionar o demais corpo?

22 Quanto a Deos, serlhe-ha dado culto mais puro, e diligente, e assim os que levaõ os vasos do Senhor serão purificados, para que o seu exemplo attraha os outros. Em cuja materia he nobre o invento, de que aquelles que houvessem de tomar Ordens sacras, fossem educados desde a primeira idade nas Letras, e costumes, em cada huma das Igrejas, para deste modo haver como hum universal Seminario de todas as virtudes.

23 Pois quanto aos Concilios Provinciaes restituidos, e ás visitas renovadas para utilidade dos Póvos, e naõ para queixumes, e dispendios; quanto á faculdade concedida aos Pastores de governar, e apascentar com commodidade seus rebanhos: o

seu

te, Pœnitentia publica in usum revocata; hospitalitate tum Ecclesiasticis hominibus, tum piis locis indicta: In Curatis Sacerdotis conferendis memorabili, ac pene cœlesti ratione constituta; Beneficiorum (ut ajunt) pluralitate sublata: hæreditariæ sanctuario Dei possessione prohibita, modo excommunicationibus imposito, ac terminata; primis judiciis iis in locis, ubi lites oriuntur, assignatis; singularibus certaminibus interdictis: omnium hominum, ac sacrorum in primis luxuriæ, cupiditati, atque licentiæ fræno quasi quedam, quod executi non facile possit, injecto; Reg. ac Princip. sui muneris diligenter admonitis: aliisque rebus hujusmodi prudentissime sancitis: quis non videt, vestras vos, Patres optimi, hac etiam in re partes cumulatissime executos?

24 *Actum sæpe est in superioribus Conciliis de fide nostra explicanda, moribusque corrigendis; sed nescio, an unquam diligentius, atque distinctius.*

25 *Hic, præsertim hoc biennio, ex omnium Populorum, ac Nationum, in quibus Catholicæ Religionis veritas agnoscitur, non solum Patres, sed Oratores habuimus. At quos viros? Si doctrinam spectemus, eruditissimos: si usum, peritissimos: si ingenia, perspicacissimos: si pietatem, religiosissimos: si vitam, innocentissimos. Numerus is quoque fuit, ut, si præsentes Christiani Orbis considerentur angustiæ, frequentissima hæc omnium, quæ antea fuerunt, Synodus appareat. Hic singula omnium vulnera detecta, mores expositi fuere: Nihil dissimulatum est. Nostrorum adversariorum argumenta, & rationes ita tractatæ, ut eorum tum causa, non nostra;*

agi

uſo da Penitencia publica reſtituido : a hoſpitalidade intimada aſſim ás peſſoas Eccleſiaſticas , como aos lugares pios : eſtabelecido o modo memoravel , e celeſtial de conferir as Igrejas curadas : a pluralidade (como ſe coſtuma dizer) dos Beneficios tirada : a poſſe hereditaria do Sacerdocio de Deos prohibida : a moderaçaõ , e termo poſtos ás excommunhões : os lugares aſſignados aos primeiros juizos , onde os litigios ſe levantaõ : as contendas particulares prohibidas : refreada a luxuria, a ambiçaõ , e a liberdade de todos os homens , e principalmente das peſſoas ſagradas , com tal freio que facilmente ſe naõ poſſa expellir : e quanto ás mais couſas com ſumma prudencia eſtabelecidas , quem deixa de ver , Padres optimos , terdes vós deſempenhado completamente a voſſa obrigaçaõ ?

24 Muitas vezes ſe tratou nos paſſados Concilios de explicar a noſſa Fé , e corrigir os coſtumes , mas naõ ſei ſe alguma vez com tanta diligencia , e diſtincçaõ.

25 Aqui principalmente neſte biennio tivemos naõ ſó Padres , mas Oradores de todos os Póvos , e Nações , em que ſabemos reſide a Religiaõ Chriſtã. E que caſta de Varões ? Se attendermos á doutrina , eruditiſſimos : ſe á praxe , peritiſſimos : ſe á piedade , religioſiſſimos : ſe á vida , innocentiſſimos. Quanto ao numero , tambem foi tal , que attendendo aos breves limites, a que preſentemente eſtá reduzido o Orbe Chriſtaõ , bem ſe vê ſer eſte o mais numeroſo Concilio dos que tem havido. Aqui ſe deſcobríraõ cada huma das feridas de todos , e ſe expozeraõ ſeus coſtumes : nada ſe diſſimulou : diſcutirão-ſe os argumentos , e razões dos noſſos adverſarios , de modo que parecia tratarmos a ſua cauſa , e naõ a noſſa. Algumas couſas ſe controvertêraõ

agi videretur. Tertium nonnulla, atque etiam quartum discussa, summa sæpe contentione certatum: eo scilicet consilio, ut, quemadmodum igne aurum, ita quibusdam quasi luctationibus, veritatis vires, ac nervi probarentur. Quæ enim inter idem sentientes, idemque spectantes discordia potuit existere?

26 Quæ cum ita sint, licet optandum (ut initio dicebam) summopere fuisset, ut unà cum illis hæc agerentur, quorum potissimum causa tractata sunt: absentium tamen etiam incolumitati, atque saluti ita provisum est, ut alia ratione provideri, si affuissent, non potuisse videatur. Legant illi, quæ de fide nostra statuimus, ut Christianum hominem decet, humiliter; & si, lumen eis aliquod falserit, ne faciem avertant: & si vocem Domini audierint, corda sua non obdurent. Ac si ad communem matris Ecclesiæ complexum, unde se illi distraxerunt, redire voluerint, clementiam sibi omnem, misericordiamque tribuendam non dubitent.

27 Sed præcipua illa ratio est, P. A. dissentientes a nobis animos conciliandi, consentientes in fide, atque officio retinendi, si quæ hoc in loco verbis sancivimus, re ipsa in nostris Ecclesiis præstemus. Leges, etsi optimæ sunt, muta tamen res est. Quid Hebræo Populo Dei ipsius ore latæ leges profuerunt? Quid Lycurgi leges Lacedæmoniis, Solonis Athenienſibus, ad libertatem retinendam, quam ob causam erant conscriptæ, utilitatis attulere? Sed cur externa, atque antiqua nimis commemoro? Quæ ad bene, beateque vivendum instituta, atque præcepta ex unius Christi Domini Nostri vita, atque do-

teraõ tres, e ainda quatro vezes: muitas se disputou com o maior empenho: sendo o intento, de que assim como o ouro no fogo, assim as forças, e nervos da verdade fossem provados com estas disputas. Pois que discordia podia haver entre aquelles, que tem o mesmo sentir, e as mesmas esperanças?

26 Sendo isto assim, posto que fosse para summamente desejar (como dizia ao principio) que estas cousas se tratassem junto com aquelles, por cuja causa foraõ ventiladas: com tudo tal providencia se deo á indemnidade, e salvaçaõ dos ausentes, que parece se lhe naõ poderia dar outra, se estivessem presentes. Léaõ elles o que estabelecemos da nossa Fé, com humildade, como deve hum homem Christaõ; e se os allumiar alguma luz, naõ lhe voltem o rosto: se ouvirem a voz do Senhor, naõ endureçaõ seus corações. E se querem voltar ao gremio commum da Santa Madre Igreja, de donde se separáraõ, naõ duvidem se lhe concederá toda a clemencia, e misericordia.

27 Porém, Padres amplissimos, o principal meio de conciliar os animos discordes de nós, e conservar na Fé os que concordaõ comnosco, he executarmos em nossas Igrejas com obras o que neste lugar estabelecêmos com palavras. As leis verdade he que saõ optimas, mas naõ fallaõ. Que aproveitáraõ ao Povo de Deos Hebreo, as leis proferidas pela boca de Deos? De que utilidade foraõ aos Lacedemonios as leis de Lycurgo, e aos Athenienses as de Solon, para conservarem a liberdade, por cuja causa foraõ escritas? Mas para que he mencionarmos cousas estranhas, e taõ antigas? Que falta, ou que podemos, ou devemos entender nos falta, para viver bem, e com felicidade, na vida, e doutrina de Nosso Senhor Jesu Christo?

Que

doctrina, desiderare aut possumus, aut debemus? Quid item fuit a majoribus nostris omissum, quod cum ad recte sentiendum, tum ad præclare agendum pertineret? Medicamentum quidem salutare compositum, ac paratum jamdiu habemus. Verum, si morbum debet expellere, sumendum est, ac per venas in omne corpus diffundendum. Poculo hoc salutis nos primum inebricmur, Charissimi, & vivæ, atque loquentes leges simus; & norma, ac quasi quædam regula, ad quam aliorum actiones, & studia dirigantur; atque ita sibi unusquisque persuadeat, nihil e Christianæ Reipublicæ commodo, ac dignitate successurum, nisi quantum in se sit, studiose præstiterit.

28 Id curandum nobis cum antea fuit, tum multo erit in posterum accuratius. Etenim si Magistri nostri, ac Salvatoris exemplo facere prius debebamus, quam docere: postquam docuimus, quin faciamus, quæ esse poterit excusatio? Quis ferre nos, ac pati poterit, si, cum non furandum esse denonstraverimus, ipsi furemur? Si, cum non mœchandum, mœchemur? Sanctos a Sancto Concilio; innocentes, atque integros ab integritatis præceptis, & innocentiæ, firmos in fide, atque constantes a fidei nostræ firmata doctrina discedere minime convenit. Ac tales quidem expectant nos populi nostri, qui nostrum jamdiu reditum sustinentes, ea se ipsi ratione consolabantur, fore, ut hanc temporis usuram majori præsentes studio sarciremus. Sed fiet id a vobis, ut spero, Patres Sanctissimi diligenter; & quemadmodum hoc in loco fecistis, ita etiam domi satis Deo, atque hominibus facietis.

29 Nunc (quod hujus temporis est) Deo primum ipsi maximo, atque immortali, maximas, atque immortales gratias & agamus, & habeamus, qui

non

Que omittiraõ noſſos maiores, aſſim para bem entender, como para obrar louvavelmente? Muito tempo ha que temos feito, e prompto o ſaudavel remedio; mas para expellir a enfermidade, deve tomar-ſe, e diffundir-ſe pelas vêas a todo o corpo. Embriaguemos-nos primeiro com eſta ſaudavel bebida, Cariſſimos, ſejamos leis vivas, e com falla, e como nórma, e regra, pela qual ſe dirijaõ as acções, e cuidados dos outros; e aſſim cada hum ſe perſuada, que nada ſuccederá de proveito, e decóro para a Republica Chriſtã, ſe naõ praticar com diligencia o que eſtiver da ſua parte.

28 Se niſto já antes deviamos cuidar, muito maior cuidado devemos pôr daqui em diante. Porque ſe a exemplo de noſſo Meſtre, e Salvador, devemos primeiro obrar do que enſinar: depois que enſinámos, que deſculpa poderemos dar ſe naõ obrarmos? Quem nos poderá ſupportar, nem ſoffrer, ſe moſtrando nós, que ſe naõ deve furtar, furtarmos: ſe declarando, ſe naõ deve adulterar, adulterarmos? O que convém ſummamente he, que deſte Concilio ſanto nos apartemos ſantos; dos preceitos da Juſtiça, e innocencia rectos, e innocentes; firmes, e conſtantes na fé da doutrina eſtabelecida pela noſſa Fé. Por certo que aſſim nos eſperaõ os Póvos, que eſperando ha muito a noſſa tornada, ſe conſolavaõ, de que lhe compenſariamos eſte roubo de tempo, com a noſſa maior applicaçaõ preſente. Aſſim pois eſpero, Padres ſantiſſimos, que o pratiqueis com o maior cuidado; e aſſim como obraſtes neſte lugar, aſſim tambem no voſſo diſtricto ſatisfareis a Deos, e aos homens.

29 Agora (ſegundo pede o tempo preſente) rendamos, e démos primeiramente ſummas, e immortaes graças ao ſummo Deos; que nos naõ re-

tri-

non secundum peccata, quæ fecimus nos, neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis, sed diem hunc lætissimum, quem videre multi concupiverant, nobis non solum videndum, sed etiam celebrandum incredibili cum totius Christiani Populi assensu, atque approbatione, sua magna benignitate concessit.

30 *Pio deinde IV. Summo nostro, atque Optimo Pontifici, gratiæ perpetuæ, ac singulares habendæ sunt; qui, cum primum Beati Petri sedem ascendit, tanto Synodum hanc instaurandi desiderio exarsit, ut in eo suas omnes curas, & cogitationes defigeret. Nuncios statim viros probatissimos ad indicendum illis Nationibus, atque Provinciis Concilium misit, pro quarum in primis salute convocabatur. Hi Aquilonis partes prope omnes peragrarunt, rogarunt, obsecrarunt, obtestati sunt, tuta omnia, atque amica promiserunt, atque id etiam egerunt, ut in Angliam trajicerent. Legatos postmodum prætare, ac doctrina præstantissimos, cum interesse illi Synodo, ut mirum in modum cupiebat, non posset, huc misit; ex quibus duos (quorum memoria in benedictione est) statuta die, tametsi nulli fere Episcopi convenissent, hic esse voluit. Hi, atque additus eis paulo post tertius, novem menses, atque eo amplius justum ad Synodum instituendam Episcoporum numerum hoc in loco nihil agentes expectaverant: cum interea nihil aliud Pontifex ipse aut ageret, aut meditaretur, quam ut Patres quamplurimi, quam optimi, & quamprimum huc accederent, & Christiani nominis Reges omnes, ac Principes suos huc Oratores mitterent, ut communi omnium voto, atque consilio communis hæc causa gravissima omniam, atque maxima tractaretur.*

tribuio conforme os peccados, que fizemos, nem segundo as noſſas maldades; mas por ſua grande benignidade nos concedeo, naõ ſó ver, mas celebrar com incrivel deſejo, e approvaçaõ de todo o Povo Chriſtaõ eſte alegriſſimo dia, que muitos deſejáraõ ver.

